

PSYCHES & CUPIDINIS

Fabula

VOTVM
III CONVENTVS INTERNATIONALIS
AD LINGVAM LATINAM VIVAM REDDENDAM

**Corpus paretur internationale *Lectionum Latinarum*,
quae et ex antiquis et ex Medii Aeui et ex recentioribus
auctoribus seligantur ;**

**huius Corporis scripta sua natura simplicia sunt, qui-
bus indoles propria cuiusque scriptoris manifesta fiat.**

BIBLIOTHECA VITAE LATINAE
iussu Congressus Argentoratensis edita
Petro GRIMAL Praeside curante

PSYCHES & CUPIDINIS

Fabula

ex APVLEI MADAVRENSIS libro
in usum scholarum
narrata
a Susanna BAILS

Series Prima

1

AUBANEL

INTRODUCTION

Ce petit livre, le premier d'une collection réclamée par le Congrès de Strasbourg (2-4 septembre 1963), est destiné à la jeunesse scolaire. Il est l'*adaptation* d'un conte inaccessible tel quel à nos élèves, susceptible pourtant de leur donner le goût de cette « lecture » trop rarement pratiquée et le plus souvent impossible à divers titres. Pour nous justifier d'avoir osé modifier un texte authentique, nous dirons que nous avons voulu leur offrir un aspect de la littérature latine étranger au programme de leurs six ou sept années d'études secondaires, un peu de charme et de fantaisie à côté de pages plus austères de César, Cicéron, Tite-Live ou Tacite, grâce aux aventures d'une mortelle et d'un dieu, Psyché et Cupidon.

PROOEMIUM

Hic libellus, qui primus e multis oritur Argentoratensis Congressus iussu, ad alumnorum usum reservatur. Fabulam enim accommodauimus, quam adulescentes, qualis ab Apuleio scripta est, legere non potuissent, quā tamen lectionis eius, in qua rarius exercerentur, studiosi fieri possent. Quia autem litterarum Latinarum faciem, quae per sex uel septem annos illis nunquam obiecta est, ante eorum oculos esse uoluimus, Latini scriptoris librum mutare ausi sumus, ut, praeter seueriores Caesaris, Ciceronis, T. Liuii, Taciti paginas, aliquas magis lepidas mitioresque legerent, ubi dei mortalisque feminae, Psyche et Cupidinis, mirificae fortunae narrarentur.

Ce conte fait partie d'un récit plus vaste, les « Métamorphoses » d'Apulée. L'auteur nous raconte comment le héros, Lucius, qu'un philtre a par erreur changé en âne, est, au cours de diverses aventures, tombé aux mains d'une troupe de brigands qui l'entraînent dans leur repaire, mystérieuse caverne que garde une vieille femme. Bientôt ils y amènent aussi une charmante jeune fille, qu'ils ne rendront à ses parents que contre une substantielle rançon. Devant le désespoir de la pauvrete qui ne cesse de pleurer, la vieille, pour la consoler, entreprend de lui conter une belle histoire, celle de Psyché et de Cupidon.

L'histoire, comme tous les contes de notre jeunesse, commence par : « Il était une fois... ». C'est un récit mythologique et folklorique : mythologique par le thème même et les personnages (ce caractère ne peut échapper à personne) ; folklorique par des éléments plus discrètement mêlés à la trame de la narration : le fiancé mystérieux et monstrueux (comme dans « La Belle et la Bête »), la sorcière (rôle dévolu à Vénus), les enchantements et les épreuves, dont triomphent enfin les deux héros, désormais

Haec quidem fabula pars est maioris narrationis, quae *Metamorphoseis* inscribitur et ab Apuleio Madaurensi composita est. Qui nobis dicit quomodo persona, Lucius nomine, unguento asinus factus, post multos casus in latronum dicionem ceciderit, qui eum in suum receptaculum, abditam et ab anu custoditam speluncam, egerint. Deinde in eundem locum puella ducitur, quae parentibus suis nisi pretio redempta non reddetur. Cum uero misella desperata sine ulla intermissione lacrimas effundat, anus, ut eam consolatione permulceat, Psyche et Cupidinis fabulam narrare incipit.

Narrationis, ut puerilibus fabulis solet, initium est : « Erat quondam... » Personae autem partim e Graecorum diuinis fabulis partim e populorum, ut ita dicam, thesauro sumptae sunt. Cum illae uero clare appareant, hae non ita facile agnoscuntur, ut occultus et monstruosus sponsus (eadem condicio fit in fabula quae « De Pulcherrima Puella et Bestia » inscribitur), malefica femina uel saga (quas partes Venus agit), carmina et aerumnae, quas difficultates duae personae, iam expeditae et in aeternum beatae, tandem superant.

libérés et pour toujours unis dans une félicité éternelle.

Notre tâche était donc de rendre possible par la forme cette lecture attrayante par le fond.

Il s'agissait avant tout de simplifier et de clarifier la langue, tout en la rapprochant du modèle connu, la langue classique, la seule qui ne surprenne point trop nos élèves. Il fallait pourtant ne pas lui enlever complètement son caractère propre. Aussi, chaque fois que la possibilité nous en était offerte, avons-nous conservé telle quelle la phrase d'Apulée. Lorsqu'elle était trop longue, s'étirait sans fin en une cascade de participes et qu'il nous était facile de la diviser, nous l'avons fait. Nous ne l'avons transformée que lorsqu'aucune de ces deux solutions ne se présentait. Dans les passages qu'il fallait supprimer et résumer, nous nous sommes efforcés d'utiliser les mots et les tours du texte dans la mesure du possible. Nous avons en tout cas essayé d'éviter un air oratoire ou logique, une trop fréquente subordination, une allure cicéronienne en un mot, ce qui n'eût pas manqué d'introduire une fausse note. La syntaxe a été régularisée : nous avons presque toujours renoncé aux archaïs-

Igitur linguam illius fabulae, cuius argumentum iucundissimum est, faciliorem facere conati sumus.

Itaque dum exemplari noto, Ciceronis lingua, utimur, quam solam alumni nostri intellegere solent, illam simpliciore et dilucidiorē reddere uoluimus. Formam tamen propriam de illa non omnino detrahi oportebat; itaque, quotiescumque nobis haec facultas data est, ipsam Apulei sententiam descripsimus. Sed cum longior ea erat et ex multis participiis inter se nexis constabat, quod in plures partes diuidere facile erat, diuisimus; omnia tantum mutauimus, ubi aliter fieri non poterat; et tamen, cum loci detrahendi uel contrahendi erant, uerbis scriptoris ipsius et sententiis quam maxime usi sumus. Quae cum ita sint omni ope enisi sumus ne oratoris esse uiderentur, ne praesertim Ciceronis, qui multis coniunctionibus sententias colligit; quod certe absonum fuisset. Syntaxis etiam paulum mutata est: prisci enim sermonis formas, quibus Apuleius libenter utitur, et quae apud poetas uel scriptores qui aetate Ciceronem consecuti sunt inueniuntur, non seruauius. Quod in uerbis contra euenit. Si enim uerborum copiam,

mes affectés d'Apulée ainsi qu'aux tours poétiques ou post-classiques. Dans le vocabulaire, au contraire, si nous avons réduit l'abondance verbale qui caractérise l'auteur, nous avons conservé les termes poétiques ou post-classiques que nos élèves ont l'occasion de rencontrer chez Virgile, Horace ou Ovide, chez Tite-Live, Sénèque, Pline ou Tacite. Il était absolument impossible de se limiter au lexique de la prose classique, sous peine d'appauvrir le texte ou de lui enlever sa couleur. Nous n'avons supprimé que ce qui est création d'Apulée et ne se rencontre nulle part ailleurs.

La graphie est celle des éditions savantes; c'est celle que l'on adopte généralement dans les pays étrangers. Dans une collection internationale, nous ne pouvions utiliser le j et le v des manuels scolaires français. Il convenait également de garder les accusatifs pluriels en -īs dans les mots de la 3^{me} déclinaison qui les ont conservés (exemple : teretīs, putrīs). L'effort d'adaptation, pour ceux qui n'y sont pas habitués, n'est pas considérable et ceux de nos jeunes lecteurs appelés à persévérer dans l'étude des lettres latines seront préparés longtemps à l'avance

quae Apulei propria est, non seruauimus, uerba hic inueniuntur quae alumni apud poetas uel scriptores qui aetate Ciceronem consecuti sunt, legerunt uel lecturi sunt, quia, ne Apulei oratio colorem suum, ut ita dicam, deperderet, nullo pacto fieri poterat ut uerba Ciceronis sola adhiberentur. Igitur nihil nisi quod Apuleius ipse finxerat nec in ullo alio loco inueniebatur sustulimus.

In uerborum autem descriptione eodem modo usi sumus quo in eruditis libris solitum est : adhibitae sunt enim i et u pro j et v, -īs in pluralibus accusatiuis tertiae declinationis uerborum, quae ita desinunt (ut exemplo utar : teretīs, putrīs). Si quibus enim casu insolita erit haec consuetudo, ut ad-suescant, non multum elaborabunt.

In partes quidem, quibus nomen inscrip-simus, narrationem distribuimus. Quae ab editoribus allatis partitionibus non congruunt; sed iuueni lectori eas utiles esse putauimus, quo facilius narratio intellexeretur. Illis au-tem simul et numeris, quibus quaedam lineae ornantur, lectionem et interrumpere et re-dintegrare expeditius erit.

Denique dubitauimus utrum satis multis adnotationibus quorundam uerborum uim

à la lecture de ces collections étrangères ou savantes.

La division en chapitres précédés de titres nous est toute personnelle et ne coïncide nullement avec celle des éditions authentiques. Elle est destinée à éclairer le jeune lecteur sur le thème du développement et à lui en faciliter la compréhension. Cela, joint au numérotage des lignes, rend plus commodés également les arrêts et les reprises.

Nous nous sommes demandé si nous mettrions au bas des pages un certain nombre de notes destinées à éclairer le sens d'un mot ou à en donner la traduction. Nous y avons renoncé, pensant qu'elles auraient surtout pour effet d'interrompre la lecture et d'en diminuer ainsi l'intérêt. Nous avons aussi pensé à un lexique édité en une petite brochure séparée. Nous avons par la suite abandonné cette idée en considérant que le choix des mots serait arbitraire et mal adapté aux ignorances individuelles. Bref, nous avons laissé au professeur toute liberté pour préparer la lecture et la guider. Si d'aventure il a besoin d'éclaircissements, il les trouvera dans les ouvrages auxquels renvoie notre bibliographie.

S. B.

interpretaremur uel conuersionem scriberemus annon. De qua sententia decessimus, ne sic intermitteretur lectio neue lectoris delectatio minueretur. De uerborum parum usitatorum glossario etiam cogitauimus, quod seorsum ederetur; sed ab eo consilio quoque desciuimus, dum ad libidinem nostram uerba electum iri neque responsura esse uniuscuiusque alumni inscitiae existimamus. Ergo, ne multa, lectionis comparandae regendaeque libertatem magistro dare maluimus. Quod si forte explanationibus ei opus erit, in libris quos commemoramus reperiet.

S. B.

APULEIUS

L. Apuleius Madauris, in Africana urbe inter Numidiam et Gaetuliam sita, anno circiter 125° post Ch. n. e diuitibus parentibus natus est; in studiis autem praecipue philosophiae, Carthagine prius, Athenis deinde, uersatus est. Inde Romam uenit; sed mox Carthaginem reuertit, ubi habitare solitus est. In multis quidem rebus mentem suam exercuit, ita ut causas pro aliquibus dixerit, scientiis studuerit, scholas habuerit, philosophiam coluerit. Multos quoque libros scripsit, quorum pauci solum nobis traditi sunt. Inter notissimos illos proferre possumus qui « Apologia » et « Florides » (opera oratoria), « Metamorphoseis » (fabula quae undecim partes continet) inscribuntur. Apuleius post annum 170^{um} mortuus est. Fama amplissima celebratus est.

LIBRI

Apulée, *Les Métamorphoses*, Robertson et Valette (texte et traduction). Paris, Les Belles Lettres, 1946, tome II.

Apulée, *Metamorphoseis* (IV, 28 à VI, 24). Le conte d'Amour et Psyché. Edition commentée par Pierre Grimal. Paris, Les Presses Universitaires, 1963.

Britannica uersio : Adlington-Gaselee, Londres, 1915.

Germanicae uersiones : A. Rohde, Berlin, 1920.

Schmidt-Janthur, Berlin, 1924.

Italica uersio : F. Martini, Rome, 1927.

Denique securus famae, Liber, ire memento.

P. Ovidius NASO,
Tristes, I, I, 49.

PSYCHE

Erant in quadam urbe rex et regina.
Hi tres filias conspicuas habuere; sed
maiores natu, quamuis gratissima spe-
cie essent, celebrari tamen laudibus
humanis poterant; at puellae iunioris 5
praeclara pulchritudo nec exprimi ac
ne laudari quidem sermone humano
poterat. Multi denique ciues et ad-
uenae, quos eximii spectaculi rumor
congregabat, inaccessae formositatis 10
admiratione stupidi, ipsam prorsus ut
deam Venerem religiosis uenerabantur
adorationibus. Iamque in proximis ci-
uitatibus fama ferebat deam, quam cae-
ruleum mare peperisset, numen suum 15

palam ostendere. Sic late procedit in
dies opinio, sic insulas iam proximas
prouinciasque plurimas fama peruaga-
tur. Iam multi mortales longis itineri-
5 bus ad saeculi miraculum confluebant.
Paphon nemo, Cnidon nemo, ac ne
ipsa quidem Cythera ¹ ad conspectum
deae Veneris nauigabat; sacra diffe-
runtur, templa deformantur, puluinaria
10 proteruntur, caerimoniae negleguntur;
puellae supplicatur. Hac honorum cae-
lestium ad puellam mortalem transla-
tione uera Venus animi uehementer
incenditur et impatiens indignationis
15 fremensque sic secum disserit : « En
rerum naturae prisca parens, en orbis
totius alma Venus, quae cum mortali
puella maiestatis honorem partiri cogor,
dum nomen meum in caelo conditum
20 terrenis sordibus profanatur ! Frustra
me pastor ille, cuius iustitiam compro-
bavit Iuppiter, ob eximiam speciem

1. Delubra ubi Venus colebatur.

tantis praetulit deabus. Sed non adeo
gaudens ista, quaecumque est, meos
honores usurpabit : iam faciam ut eam
huius illicitae formositatis paeniteat. »

Et vocat confestim puerum suum, 5
pinnatum illum et satis temerarium
adulescentem, qui, contempta discipli-
na publica, flammis et sagittis armatus,
dum impune committit tanta flagitia,
nihil prorsus boni facit. Hunc uerbis 10
stimulat et perducit ad illam urbem et
Psychem — hoc enim nomine puella
nuncupabatur — coram ostendit, et
gemens ac fremens indignatione : « Per
ego te », inquit, « maternae caritatis 15
uincula, precor¹, uindictam tuae parenti
plenam tribue et in pulchritudinem
contumacem seueriter uindica : puella
ista amore teneatur uiri abiectissimi,
quem Fortuna damnauit, tamque in- 20
fimi ut per totum orbem non inuenia-
tur par miseria. »

1 = Per maternae caritatis uincula ego te
precor.

Interea Psyche nullum decoris sui
fructum percipit. Spectatur ab omni-
bus, laudatur ab omnibus, nec quis-
quam, non rex non regius nec de
5 plebe saltem, cupiens nuptiarum, peti-
tor accedit. Mirantur quidem diuinam
speciem, sed ut simulacrum mirantur
omnes. Duae maiores sorores, quarum
temperatam formositatem nulli lauda-
10 bant populi, procis regibus sponsae
iam beatas nuptias adeptae sunt; sed
Psyche domi residens deflet desertam
suam solitudinem, et, quamquam om-
nibus gentibus placet, odit in se suam
15 formositatem. Sic infortunatissimae fi-
liae miserrimus pater, suspectatis cae-
lestibus odiis, iram superum metuens
uetustissimum percontatur oraculum,
et a tanto numine precibus et uic-
20 timis ingratae uirgini petit nuptias
et maritum. Sed Apollo, quanquam
Graecus et Ionicus, sic Latina sorte
respondit :

« Montis in excelsi scopulo, rex, siste puellam
ornatam mundo funerei thalami.

Nec speres ¹ generum mortali stirpe creatum,
sed saeuum atque ferum uipereumque malum,
quod pinnis uolitans super aethera cuncta fatigat 5
flammaque et ferro singula debilitat,
quod tremit ipse Iouis ² quo numina terrificantur,
fluminaque horrescunt et Stygiae tenebrae. »

Rex olim beatus sancta uaticinatione
accepta tristis retro domum perguit 10
suaeque coniugi praecepta sortis expo-
nit infaustae. Maeretur, fletur, lamen-
tatur. Sed dirae sortis iam urget taeter
effectus. Iam feralium nuptiarum mi-
serrimae puellae choragium struitur. 15
Sic adfectae domus triste fatum cuncta
etiam ciuitas congemebat. Sed monitis
caelestibus parendi necessitas misellam
Psychen ad destinatam poenam expo-
scebat. Perfectis igitur cum summo 20
maerore feralis thalami sollemnibus
totoque prosequente populo uiuum

1. = neue speraueris.

2. = Iuppiter (nominativus).

producitur funus, et lacrimosa Psyche
comitatur non nuptias sed exsequias
suas. Ac dum maesti parentes et tanto
malo perciti nefarium facinus perficere
5 cunctantur, ipsa illa filia talibus eos
adhortatur uocibus :

« Cur infelicem senectutem fletu diu-
tino cruciatis ? Cum gentes et populi
celebrarent nos diuinis honoribus, cum
10 nouam me Venerem nuncuparent, tunc
dolere, tunc flere, tunc me iam quasi
peremptam lugere debuistis. Iam sen-
tio, iam uideo solo me nomine Vene-
ris perisse. Ducite me ad scopulum.
15 Exopto felices istas nuptias obire, ex-
opto generosum illum maritum meum
uidere. Cur in tempus aliud differrem
illum qui totius orbis exitio natus est ? »

Sic profata puella conticuit ingressu-
20 que iam ualido pompae populi prose-
quentis sese miscuit. Itur ad scopulum
montis ardui, cuius in summo cacu-
mine puellam cuncti deserunt, deiectis-
que capitibus domum redeunt. Et

miseri quidem parentes eius tanta clade
defessi, in tenebris clausae domus se
abstruserunt. Psychen autem paven-
tem ac trepidam et in ipso scopuli
uertice flentem mitis aura Zephyri, suo
tranquillo spiritu uehens, in florentis
caespitis gremium leniter collocat.

5

*
**

AMORIS REGIA

Psyche in ipso toro roscidi graminis
suaue recubans, et e tanta mentis per-
turbatione sedata, dulce conquieuit.
Iamque sufficienti recreata somno, pla-
cido resurgit animo. Videt lucum pro-
ceris et uastis arboribus consitum,
uidet fontem uitro perlucidiores ; in
medio luci prope fontem domus regia
est aedificata non humanis manibus sed
diuinis artibus. Nam summa laquearia
e citro et ebore facta sustinent aureae

10

15

20

columnae, parietes omnes conteguntur
bestiis argento caelatis. Mirus prorsum
est homo uel certe deus, qui magnae
artis subtilitate tantum caelavit argen-
5 tum. Enimvero pauimenta ipsa lapide
pretioso in uaria picturae genera dis-
criminantur : uehementer iterum ac
saepius beatos illos qui gemmas et
monilia calcant ! Iam ceterae partes
10 domus, longe lateque dispositae, sine
pretio pretiosae sunt, omnesque pa-
rietes, auro solidi, splendore proprio
coruscant, ut diem suum domi faciant
sole nolente : sic cubicula sic porticus
15 sic ipsae balneae fulgurant. Nec minus
opes ceterae maiestati domus respon-
dent, ut quidem illud recte uideatur
magno Ioui fabricatum caeleste pala-
tium.

20 Inuitata Psyche talium locorum ob-
lectatione propius accessit et paulo
fidentior intra limen procedit ; mox
pulcherrima uisione illecta, explorat
singula. Sed praeter tantas diuitias hoc

erat praecipue mirificum, quod nullo
uinculo, nullo claustro, nullo custode
totius orbis thesaurus ille muniebatur.
Haec ei summa cum uoluptate uisenti
offert sese uox quaedam corporis sui 5
nuda et : « Cur », inquit, « domina,
tantis obstupescis opibus? Tua sunt
haec omnia. Quare in cubiculum ingre-
dere et lectulo lassos artus refoue et ex
arbitrio lauacrum pete. Nos, quarum 10
uoces audis, tuae famulae sumus nec
a te regales epulae desiderabuntur. »

Sensit Psyche summam diuinae
prouidentiae benignitatem monitusque
uocis incorporalis audiens prius somno 15
et mox lauacro fatigationem suam
diluit. Post cenauit; nec quemquam
tamen illa uidere poterat, sed uerba
tantum audiebat et solas uoces famulas
habebat. Post opimas dapes quidam 20
introcessit et cantauit inuisus et alter
citharam pulsauit, quae ne ipsa quidem
uidebatur. Tum cantantis multitudinis
uox in aures eius affertur, ut, licet ho-

minum nemo appareret, chorum tamen
esse pateret.

Finitis uoluptatibus et uespera sua-
dente concedit Psyche cubitum. Iam-
5 que prouecta nocte clemens quidam
sonus ad aures eius accedit. Tum pro
tanta solitudine metuens et pauet et
horrescit, cum subito adest ignotus
ille maritus, qui Psychen complectitur
10 blandisque uocibus alloquitur. Inse-
quentes dies eodem modo conteruntur.
Clara luce, Psyche sola cum uocibus
famulis domi manebat. Concubia autem
nocte, maritus regrediebatur, ut beata
15 iam uita cum eo frueretur noua coniux.

Interea parentes eius luctu atque
maerore consenescebant; latius porrecta
fama, sorores illae maiores cuncta co-
gnorant propereque maestae atque lu-
20 gubres, deserto lare, certatim ad pa-
rentes suos perrexerant.

Illa nocte ad suam Psychen sic loqui
coepit maritus : « Psyche dulcissima
et cara uxor, exitiabile tibi periculum

minatur fortuna saeuior, quod obser-
uandum esse censeo. Sorores iam tuae
mortis opinione turbatae tuumque
uestigium requirentes scopulum istum¹
protinus aderunt, quarum si quas forte 5
lamentationes acceperis, ne responderis
neue prospexeris omnino; aliter et mihi
grauissimum dolorem et tibi summum
creabis exitium. » Annuit et ex arbitrio
mariti se facturam esse spopondit, sed, 10
eo simul cum nocte dilapso, diem to-
tum lacrimis ac plangoribus misella
consumit; nec lauacro nec cibo nec
ulla denique refectione recreata flens
ubertim decessit ad somnum. 15

Sine mora paulo maturius maritus
adueniens eamque lacrimantem inue-
niens sic expostulat : « Haecine mihi
pollicebare, Psyche mea ? Quid iam de
te, tuus maritus, expectem, quid spe- 20
rem ? Age iam nunc ut uoles, et animo
tuo damnosa poscenti pare ! Tantum
memineris meae seriae monitionis, cum
coeperis sero te paenitere. »

1. = ad scopulum istum.

Tum illa precibus et dum se mori-
turam esse comminatur extorquet a
marito ut sorores uideat, luctus earum
mulceat, sermones conferat. Sic ille
5 nouae nuptae precibus ueniam tribuit
et insuper aurum uel monilia, quibus
uellet eas donare, concessit; sed iden-
tidem monuit ne, sororum pernicioso
consilio incitata, de forma mariti quae-
10 reret neue se ipsam sacrilega curiosi-
tate perderet. Gratias egit marito iam-
que laetior animo : « Sed prius, inquit,
centies moriar quam tali marito ca-
ream. Sed istud etiam meis precibus,
15 oro, largire et illi tuo famulo Ze'phyro
praecipe, sorores huc mihi uehat. »
Inuitus permisit maritus et cuncta se
facturum spopondit atque etiam luce
appropinquante euauit.

*
**

SORORUM CONIURATIO

At illae sorores, percontatae scopu-
lum locumque illum in quo erat Psyche
deserta, festinanter adueniunt ibique
lacrimabant et plangebant pectora, 5
quoad crebris earum heiulatibus saxa
cantesque parem sonum responderent.
Iamque nomine proprio sororem mise-
ram ciebant; tum amens et trepida
Psyche procurrit e domo et : « Cur, 10
inquit, uos miseris lamentationibus ne-
quicquam effligitis? Quam lugetis,
adsum. Lugubres uoces desinite et diu-
tinis lacrimis madentes genas siccate
tandem, quippe cum iam possitis quam 15
plangebatis amplecti. »

Tum uocatum Zephyrum praecepti
maritalis admonet. Sine mora ille parens
imperio statim clementissimis flatibus
deportat illas. Iam mutuis amplexibus 20
sese perfruuntur. « Sed et tectum », in-
quit, « et larem nostrum laetae succedite

et afflictas animas cum Psyche uestra
recreate. » Sic allocuta summas opes
domus aureae uocumque seruientium
multam familiam demonstrat auribus
5 earum; lauacro pulcherrimo et diuinae
mensae lautitiis eas opipare reficit, ut
illarum prorsus caelestium diuitiarum
copiis satiatae iam animo penitus nu-
trirent inuidiam. Denique altera earum
10 curiose percontari non desinit, quis
illarum caelestium rerum dominus,
quisue uel qualis ipsius sit maritus. Nec
tamen Psyche coniugale illud praecep-
tum ullo pacto uiolat uel ex pectoris
15 arcanis exigit, sed confestim confingit
eum esse iuuenem quemdam speciosum,
cuius genae incipienti barba adhuc
inumbrentur, plerumque agrestibus ac
montanis uenatibus occupatum; et ne
20 sermone procedente quod tacere sta-
tuisset proderetur, auro facto et monili-
bus onustas eas statim uocato Zephyro
tradit reportandas.

Quo protinus perpetrato sorores

egregiae domum redeuntēs iamque in-
uidiae felle flagrantes inter se sermo-
nibus strepebant. Sic denique coepit
altera : « En saeua et iniqua fortuna !
Hocine tibi placuit, ut iisdem parenti- 5
bus prognatae diuersam sortem susti-
neremus ? Et nos quidem, quae natu
maiores sumus, maritis aduenis ut
ancillae deditae, extorres et lare et ipsa
patria uitam degamus longe a paren- 10
tibus uelut exsulantes ; haec autem
nouissima tantis opibus et deo marito
potita sit, quae ne uti quidem recte
tanta bonorum copia nouerit ? Vidisti,
soror ! quot in domo illa iacent et 15
qualia monilia, quae praenitent uestes,
quae splendent gemmae, quantum prae-
terea passim calcatur aurum ! Quodsi
maritum etiam tam formosum habet
ut affirmat, nulla nunc in orbe toto 20
felicior uiuit. Fortasse tamen, proce-
dente consuetudine et adfectione robo-
rata, deam quoque illam deus maritus
efficiet. Sic est, Hercules, sic se gere-

bat. Iam iam sursum respicit et deam
spirat mulier, quae uoces ancillas habet
et uentis ipsis imperat. At ego misera
primum patre meo seniore[m] maritum
5 sortita sum, dein cucurbita caluiorem
et quouis puero pusillio[re]m, cunctam
domum seris et catenis occlusam custo-
dientem. »

Suscipit altera : « Ego uero maritum
10 articulari etiam morbo debilitatum
curuatumque sustineo, plerumque de-
tortos et duratos in lapidem digitos
eius perfricans, fomentis et pannis sor-
didis et foetidis cataplasmatibus manus
15 tam delicatas has adurens, nec uxoris
faciem sed medicae laboriosam perso-
nam sustinens. Et tu quidem soror
patienti uel potius seruili — dicam
enim libere quod sentio — haec perfers
20 animo : enimuero ego nequeo sustinere
diutius tam beatam fortunam indignae
tributam. Recordare enim quam su-
perbe quam adroganter nobiscum ege-
rit et quam immodica ostentatione

tumentem suum prodiderit animum
deque tantis diuitiis quam exiguas no-
bis inuita proiecerit; quomodo prae-
sentia nostra impedita propelli et efflari
nos iusserit. Nec sum mulier nec om- 5
nino spiro, nisi eam pessum de tantis
opibus deiecero. Ac si tibi etiam, ut
par est, displicuit nostra contumelia,
consilium ualidum requiramus ambae.
Iamque ista quae ferimus ne parenti- 10
bus nostris neue ulli monstremus alii;
immo ne quicquam de eius salute nosse
uideamur. Sat est quod ipsae uidimus,
nedum genitoribus et omnibus populis
tam beatum eius rei differamus nuntium. 15
Nec sunt enim beati quorum diuitias
nemo nouit. Sciet se non ancillas sed
sorores habere maiores. Et nunc qui-
dem concedamus ad maritos, et lares
pauperes nostros sed plane sobrios re- 20
uisamus, diuque cogitationibus instruc-
tae ad superbiam puniendam firmiores
redeamus. »

Placet duabus malis malum consi-

lium omnibusque illis tam pretiosis
muneribus absconditis, comam detra-
hentes et ora lacerantes simulatos re-
dintegrant fletus. Ac sic parentum
5 quoque dolorem inritant et, uesania
turgidae, domum contendunt dolum
scelestum immo uero parricidium stru-
entes contra sororem insontem.

*
**

10

INSIDIAE

Interea Psychen maritus ille ignotus
rursum suis nocturnis sermonibus sic
commonet : « Videsne quantum tibi
impendeat periculum ? Perfidae mulie-
15 res magnis conatibus nefarias insidias
tibi comparant, ut te suadeant meos
explorare uultus, quos, ut tibi saepe
praedixi, non uidebis si uideris. Ergo
si posthac pessimae illae lamiae noxiis

animis armatae uenerint — uenient
autem, scio — noli sermonem conferre,
et si id tolerare pro simplicitate animi
tui non potueris, certe de marito noli
quicquam uel audire uel respondere. 5
Nam et genus nostrum iam propaga-
bimus et nobis infans erit, si texeris
nostra secreta silentio, diuinus, si uio-
laueris, mortalis. »

Nuntio Psyche laetabatur et diuinae 10
subolis solacio plaudebat et materni
nominis dignitate gaudebat. Sed iam
pestes illae taeterrimaeque Furiae, an-
helantes uipereum uirus et festinantes
impia celeritate, nauigabant. Tum sic 15
iterum maritus suam Psychen admonet:
« En dies ultima et casus extremus !
Sexus infestus et sanguis inimicus iam
sumpsit arma et castra commouit et
aciem direxit et classicum cecinit; iam 20
mucrone destricto iugulum tuum nefa-
riae tuae sorores petunt. Heu quantis
urgemur cladibus, Psyche dulcissima !
Tui nostrique miserere; domum, mari-

tum, te istumque paruulum nostrum
imminente calamitate libera. Ne illas
scelestas feminas, quas tibi post inter-
necium odium et calcata sanguinis foe-
5 dera sorores appellare non licet, uideris
neue audiueris, cum Sirenum more
funestis uocibus saxa personabunt. »

Respondit Psyche singultu lacrimoso :
« Iam dudum, quod sciam, fidem atque
10 prudentiam meam perpendisti, nec eo
minus adprobabitur tibi nunc etiam
firmitas animi mei. Tu modo Zephyro
nostro rursum praecipe fungatur offi-
cio, et in uicem denegatae sacrosanctae
15 imaginis tuae redde saltem conspec-
tum sororum. Per istos cinnameos et
undique pendulos crines tuos, per tene-
ras et teretis et mearum similes genas,
per hoc paruulum quoque, quo faciem
20 tuam cognoscere possim : supplicis
anxiae piis precibus flexus, germanos
amplexus indulge et tibi deuotae dica-
taeque Psyches animam gaudio recrea.
Nec quicquam amplius in tuo uultu

requiro, iam nihil officiunt mihi ne ipsae quidem nocturnae tenebrae : teneo te, meum lumen. » His uerbis illectus maritus lacrimasque eius suis crinibus detergens se facturum spopondit et praeuertit statim lumen nascentis diei. 5

Sorores ambae, ne parentibus quidem uisis, recta de nauibus scopulum petunt illum praecipiti cum uelocitate; nec uenti ferentis expectantes praesentiam inconsiderata cum temeritate prosiliunt in altum. Nec immemor Zephyrus regalis edicti, sed inuitus, susceptas eas spirantibus auris solo reddidit. At illae statim domum penetrant complexaeque praedam suam penitusque fraudem suam uultu laeto tegentes sic adulantur : « Psyche, non ita ut pridem paruula, et ipsa iam mater es¹. Quantis gaudiis totam domum nostram hilarabis ! O nos beatas quae infantem aureum fouere possimus ! Qui si paren-

10
15
20

1. = eris.

tum, ut oportet, pulchritudini responderit, prorsus Cupido nascetur. »

Sic beneuolentia simulata paulatim sororis inuadunt animum. Statimque
5 eas ex lassitudine uiae refectas et balnearum uaporosis¹ aquis curatas pulcherrimo triclinio mirisque epulis oblectat. Iubet citharam loqui : psallitur ; tibias agere : sonatur ; choros
10 canere : cantatur. Quae cuncta, nemine praesente, dulcissimis modulationibus animos audientium remulcebant. Nec tamen scelestarum feminarum malitia uel illa mellita cantus dulcedine mollita
15 est, sed suam pedicam dissimulantes occipiunt sciscitari qualis sit ei maritus et unde natus et gente cuia² ortus sit. Tum illa, simplicitate nimia pristini sermonis oblita, nouam fabellam instruit aitque maritum suum e prouincia
20 proxima ortum esse, magnis pecuniis

1. = calidis.

2. = qua gente.

negotiarī, iamque medium cursum aetatis agere et cano capite esse. Nec in sermone isto morata rursum muneribus eas onustas uentoso uehiculo reddidit.

5

Sed dum Zephyri tranquillo spiritu sublatae domum redeunt, sic inter se loquentes : « Quid, soror, dicamus de tam monstruoso fatuae illius mendacio ? Tunc adolescens modo florenti barba instructus, nunc aetate media uir candenti canitie ornatus. Quis ille, quem temporis modici spatium repente in senem conuertit ? Nil aliud reperies, mea soror, nisi mendacia istius pessimae feminae uel formae mariti eius inscitiam. Quodsi uiri sui faciem ignorat, deo profecto nupsit et deum nobis gerit. Certe si diuini pueri — quod absit — haec mater fuerit, statim me laqueo suspendam. Ergo interim ad parentes nostros redeamus et fallacias aliquas moliamur. »

10

15

20

Sic inflammatae, parentibus fastidiose

salutatis et nocte uigiliis peracta, mane
ad scopulum peruolant et inde solito
uenti praesidio uehementer deuolant;
lacrimis coactis hoc astu puellam ap-
5 pellant : « Tu quidem, felix et tanti
mali ignara, beata quiescis et incuriosa
periculi tui; nos autem, quae curantes
tuas res excubamus, cladibus tuis mi-
sere cruciamur. Pro uero namque com-
10 perimus nec te celare possumus, imma-
nem serpentem, ueneno noxio et san-
guineo, hianti et profundo ore tecum
noctibus latenter adquiescere. Nunc re-
cordare sortis Pythicae, quae te truci
15 bestiae desponsam esse clamauit. Et
multi coloni et qui circa uenantur et
accolae plurimi uiderunt serpentem
uespera redeuntem e pastu natantem-
que in proximo flumine. Nec diu eum
20 exquisitissimis alimentis te saginaturum
esse omnes adfirmant, sed, cum pri-
mum pepereris, te deuoraturum. Ipsa
iam existima utrum sororibus, pro tua
cara salute sollicitis, adsentiri uelis et

declinata morte secura nobiscum ui-
uere, an saeuissimae bestiae in uisce-
ribus sepeliri. Quodsi te ruris huius
solitudo uel clandestini amores et ue-
nenatus serpens delectant, certe piaae 5
sorores officium nostrum fecerimus. »

Tum Psyche misella, utpote quae sim-
plex sit et animi tenella, rapitur uerbo-
rum tam tristium formidine : amens
prorsus omnium mariti monitionum 10
suarumque promissionum memoriam
amisit et in profundum calamitatis sese
praecipitauit; tremens et exsanguis et
tenuata uoce sic ad illas ait : « Vos
quidem, carissimae sorores, in officio 15
uestrae pietatis permanetis; uerum et
illi, qui talia uobis adfirmant, non ui-
dentur mihi mendacium fingere. Ete-
nim numquam uiri mei uidi faciem uel
omnino cuiatis ¹ sit noui; sed tantum 20
nocturnis oboediens uocibus maritum
incerti status et prorsus lucifugum

1. = qua patria, regione.

tolero, bestiamque aliquam eum esse
uobis consentio. Meque magnopere
semper a suis deterret aspectibus ma-
lumque grande mihi uultus uidendi
5 cupidae minatur. Nunc si quam saluta-
rem opem periclitanti sorori uestrae
poteritis adferre, iam nunc subsistite. »

Nanctae iam nudatum sororis ani-
mum facinorosae mulieres, destrictis
10 fraudium gladiis, simplicis puellae pa-
uentes cogitationes inuadunt. Sic de-
nique altera : « Viam, quae sola deducit
ad salutem, diu diuque cogitatam
monstrabimus tibi. Nouaculam prae-
15 acutam in tori parte ubi cubare con-
suesti latenter absconde ; lucernam
oleo completam claroque lumine mi-
cantem aululae tenebris absconde ;
omni isto apparatu tenacissime dissi-
20 mulato, postquam sulcatum gressum
trahens cubile, ut solet, conscenderit
iamque porrectus altum soporem flare
coeperit, e toro prolapsa nudisque
pedibus gradum minuens caecarum

tenebrarum custodia lucernam libera;
praeclari tui facinoris occasionem a
luminis consilio mutuare, et audacter
prius dextera sursum elata, ictu ualido
noxii serpentis nodum ceruicis et 5
capitis abscide. Nec nostrum tibi deerit
subsidium ; sed cum primum illius
morte salutem tibi feceris, aduola-
bimus cunctisque diuitiis istis ocius
tecum sublatis hominem te iungemus 10
homini. »

Talibus uerbis inflammata sunt uis-
cera sororis iam prorsus ardentis; eam
deserentes ipsae protinus uento solito
impulsae et porrectae super scopulum, 15
ilico se fuga proripiunt statimque
conscensae nauem abeunt.



SACRILEGA CURIOSITAS

At Psyche relictæ sola, infestis Furiis
agitata, aestu pelagi similis maeret et
fluctuat; quamvis firmum sit eius con-
5 silium et constans animus, iam tamen
facinori manus admouens, adhuc in-
certa consilii titubatur multisque cala-
mitatis suae distrahitur affectibus.
Festinat differt, audet trepidat, diffidit
10 irascitur, ne multa, in eodem corpore
odit bestiam, diligit maritum. Vespera
tamen iam noctem trahente, præcipiti
festinatione nefarii sceleris instruit ap-
paratum. Nox aderat et maritus aderat;
15 post familiares sermones, fessus cubi-
tum ierat et in altum soporem descen-
derat. Tum Psyche et corporis et animi
alioquin infirma, fati tamen saeuitia
uires subministrante, roborata lucer-
20 nam profert corripitque nouaculam.

Sed cum primum lumine adposito
tori secreta claruerunt, uidet omnium

ferarum mitissimam dulcissimamque
bestiam, ipsum illum Cupidinem, for-
mosum deum formose cubantem; cuius
aspectu lucernae quoque lumen hilare
increbruit et acuminis sacrilegi noua- 5
culam paenitebat. At uero Psyche tali
aspectu deterrita et impos animi, tre-
mens et pallida desedit in imos poplites
et ferrum uult abscondere, sed in suo
pectore; quod profecto fecisset, nisi 10
ferrum timore tanti flagitii manibus
temerariis delapsum euolasset. Iamque
lassa et defecta, dum saepius diuini
uultus intuetur pulchritudinem, recrea-
tur animi. Videt caput aureum, caesa- 15
riem ambrosia madidam, ceruices lac-
teas genasque purpureas pererrantes
crinium globos, quorum splendore
fulguranti iam et ipsum lumen lucer-
nae uacillabat; in humeris uolatilis dei 20
pinnae ut roscidi flores micant et, alis
quiescentibus, extremae plumae, tenel-
lae et delicatae, lasciuiunt; ceterum
corpus luculentum erat. Ante lectuli

pedes iacebat arcus et pharetra et sagittae, magni dei propitia tela.

Quae insatiabili animo Psyche satis curiosa scrutatur atque pertractat; mariti sui miratur arma, depromit unam
5 de pharetra sagittam, pollice extremam aciem periclitatur et nisu fortiore digitum pungit altius, ut per summam cutem rorauerint paruulae sanguinis rosei guttae. Tum lucerna illa, siue
10 perfidia pessima siue inuidia noxia, euomuit de summa luminis sui stillam feruentis olei super umerum dei dexterum. Sic inustus exsiluit deus et cum
15 uiderit uiolatam esse fidem suam prorsus e manibus infelicissimae coniugis tacitus auolauit.

At Psyche statim, dum resurgit, eius crus dexterum manibus ambabus adripit sublimisque per nubes eum comitatur sed tandem fessa delabitur in
20 solum.

Nec deus eam humi iacentem deseruit sed inuolauit in proximam cupressum

deque eius alto cacumine sic eam
grauiter commotus adfatur :

« Ego quidem, simplicissima Psyche,
parentis meae Veneris praeceptorum
immemor, quae te miseri uiri amore 5
deuinctam infimo matrimonio addici
iusserat, ipse me telo meo percussi
teque coniugem meam feci... ut bestia
scilicet tibi uiderer et ferro caput exci-
deres meum ! Haec tibi semper cauenda 10
esse monebam. Sed illae quidem soro-
res egregiae tuae officii tam perniciosi
dabunt mihi poenas; te uero tantum
fuga mea puniuero. » His dictis, pinnis
in altum se proripuit. 15

*
**

SORORUM POENAE

Psyche uero humi prostrata et, quan-
tum uisi poterat, uolatum mariti pro-

spiciens, extremis affligebat lamentationibus animum. Sed ubi maritus procero spatio factus erat alienus, de proximi fluminis margine praecipitem
5 sese deiecit. Sed mitis fluuius super ripam florentem herbis eam exposuit.

Tum forte Pan deus rusticus iuxta supercilium amnis sedebat, Echo montanam deam edocens canere; prope
10 ripam lasciuiunt, comam fluuii tondentes, capellae. Hircosus deus sauciam Psychen, quippe qui casus eius non inscius esset, clementer ad se uocatam sic permulcet uerbis lenientibus :
15 « Puella uenusta, sum quidem rusticanus, sed senectutis beneficio multis experimentis instructus. Verum si recte coniecto, quod profecto prudentes uiri diuinationem uocant, ab isto titubanti
20 et saepius uacillanti incessu, a nimio pallore corporis et assiduo suspiritu, ab ipsis maerentibus oculis tuis amore nimio laboras. Ergo mihi ausculta, noli te rursus praecipitare uel ullo mortis



(Cliché de la Bibliothèque d'Art et d'Archéologie de l'Université de Paris)

Maître au Dé, Histoire de Psyché d'après Raphaël et Michel Coxie.
Deus inuolauit in proximam cupressum (p. 46).

genere perimere. Luctum desine et
pone maerorem precibusque potius
Cupidinem deorum maximum cole. »

Sic locutus est deus pastor; nullo
sermone reddito sed adorato tantum 5
numine salutaris Psyche pergit ire.

Sed cum iam longam uiam laboranti
uestigio pererrasset, die labente accedit
ignara ad quamdam urbem, in qua
maritus alterius sororum regnabat. Qua 10
re cognita Psyche ut nuntietur prae-
sentia sua sorori petit; mox inducta,
mutuis amplexibus expletis et illa per-
contante causas aduentus eius sic in-
cipit : « Meministi consilium uestrum : 15
suasistis ut bestiam, quae mariti no-
mine mecum quiescebat, prius quam
me misellam uoraret, nouacula caede-
rem. Sed cum primum conscio lumine
uultum eius aspexi, uideo mirum diui- 20
numque spectaculum, ipsum illum deae
Veneris filium, ipsum inquam Cupidi-
nem, quiete sopitum. Ac dum tali spec-
taculo turbata maritum meum contem-

plor, casu scilicet pessumo, feruens
oleum labitur in eius umerum. Quo
dolore statim somno excitus, ubi me
ferro et igni conspexit armatam, « Tu
5 quidem », inquit, « ob istud tam dirum
facinus confestim a me discede; ego
uero sororem tuam — et nomen tuum
aiebat — in matrimonium iam du-
cam », et statim Zephyro praecipit me
10 domo sua efflaret ».

Necdum sermonem Psyche finierat,
et illa, uesana et inuidiae stimulis agi-
tata, mendacio fallens maritum, quasi
de morte parentum aliquid comperis-
15 set, statim nauem ascendit et ad sco-
pulum protinus pergit; quamquam
alius uentus flabat caeca spe tamen,
« Accipe », dicit, « Cupido, dignam te
coniugem et tu Zephyre, suscipe do-
20 minam », et saltu maximo se praeci-
pitauit. Ad illum tamen locum ne mor-
tua quidem peruenire potuit. Nam per
saxa membra eius iactata atque dissi-

pata sunt; et laceratis uisceribus suis
alites bestiasque paut.

Sine mora altera poenas soluit. Nam
Psyche rursus errans peruenit ad ciui-
tatem aliam, in qua soror habitabat 5
altera. Et ipsa fallacia inducta festi-
nauit ad scopulum eademque morte
periit.



VENERIS IRA 10

Interim, dum Psyche Cupidinem
quaerens populos circuit, ille uulnere
lucernae dolens et in ipso thalamo
matris iacens ingemebat. Tum auis
alba, illa gauia quae super fluctus ma- 15
rinos natat, ad Venerem lauante na-
tanteque adit indicatque adustum
filium eius et graui uulneris dolore
maerentem iacere atque iam ab omni-
bus populis omnem Veneris domum 20

male audire. Sic uerbosa et curiosa
auis in auribus Veneris lacerans filii
existimationem garriebat. At Venus
5 irata exclamat repente : « Ergo iam
ille bonus filius meus habet uxorem
aliquam ? Prome agedum, quae sola
mihi amanter seruis, nomen eius, siue
est illa de Nympharum populo seu
de Horarum numero seu de Musarum
10 choro uel de mearum Gratiarum mi-
nisterio. »

Nec loquax illa conticuit auis, sed :
« Nescio », inquit, « domina : puto
puellam, si probe memini, Psychen no-
15 mine, eum cupere. » Tunc indignata
Venus exclamauit : « Psychen ille, for-
mae et mei nominis aemulam, uere
diligit ? Nimirum putauit me puellam
illam ei coram ostendisse, ut eam uxo-
20 rem duceret. »

Haec clamitans propere emergit e
mari suumque protinus aureum thala-
mum petit et reperto, sicut audierat,
aegro puero, iam inde a foribus quam

maxime uociferans : « En », inquit,
« honesta aetatis agenda ratio ! nos-
trae genti uirtutique tuae congruens !
Tuae parentis, immo dominae, prae-
cepta calcas, nec inimicam meam cru- 5
cias, atque etiam ego, ut nulum sci-
licet, eam tolerare cogor ! Sed nunc
inrisa quid agam ? Quo me conferam ?
Quibus modis serpentem istum cohi-
beam ? Petamne auxilium ab inimica 10
mea Sobrietate ? At rusticae squalen-
tisque feminae conloquium prorsus
horresco. Non tamen uindictae sola-
cium spernendum est. Illa mihi pror-
sus adhibenda est nec ulla alia, quae 15
istum asperrime castiget. »

Sic effata foras sese proripit infesta.
Sed eam protinus Ceres et Iuno asse-
quuntur, quae, cum uultu tumido ui-
derent illam, quaesiuerunt cur truci 20
supercilio lumen oculorum suorum
obscuraret. At illa : « Opportune »,
inquit, « uenitis. Totis, oro, uestris
uiribus Psychen illam fugitiuam mihi

requirite. Etenim uos domus meae tur-
pis fabula et istius, qui non dicendus
est filius meus, facta non latuerunt. »

5 Tunc illae, iam gnarae quae gesta
sint, sedare Veneris iram sic adortae :
« Quid tale, domina, deliquit tuus filius
ut illum impugnes et, quam ille dili-
git, perdere gestias ? An ignoras eum
10 iuuenem esse uel certe quot sit iam
annorum oblita es ? An tibi puer sem-
per uidetur ? Mater autem tu et prae-
terea prudens mulier filium tuum
semper explorabis ? »

15 Sic illae metu sagittarum patrocinio
gratioso Cupidinem absentem blandie-
bantur. Sed Venus, indignata suas
iniurias ridicule tractari, ab eis se auer-
tit et concito gradu pelagi uiam ca-
pessit.

*
**

CERES ET IUNO

Interea Psyche uariis iactabatur discursibus; dies noctesque maritum inquieta animi uestigabat. Et prospecto templo quodam in ardui montis uertice : « Vnde autem », inquit, « scio an illic meus habitet dominus ? » Quo dirigit ilico citatum gradum, quem adsiduis laboribus defectum spes incitabat et uotum. Iamque emensis celsioribus iugis sese proximam puluinaribus intulit. Videt spicas frumentarias in aceruo et alias flexiles in corona et spicas hordei uidet. Erant et falces et operae messoriae apparatus omnis, sed cuncta passim iacebant confusa et, ut solet aestu, laborantium manibus proiecta. Haec singula Psyche curiose diuidit et rite componit, rata scilicet nullius dei fana caerimoniasue neglegere se debere sed omnium beneuolam misericordiam implorare.

Haec eam sollicite seduloque curan-
tem Ceres alma deprehendit et exclamat
protinus : « Ain, Psyche mise-
randa ? Totum per orbem Venus tuum
5 uestigium furens animi requirit teque
ad extremum supplicium expetit et
omnibus numinis sui uiribus ultionem
flagitat : tu uero rebus meis nunc
attendis potius quam cogitas de tua
10 salute ? »

Tunc Psyche genua eius aduoluta et
uberi fletu rigans deae pedes et hu-
mum uerrens crinibus suis, multis pre-
cibus editis, ueniam postulabat : « Per
15 ego te frugiferam tuam dexteram istam
deprecor¹, per glebae Siculae sulcos et
currum rapacem et terram tenacem et
Proserpinae nuptias, Psyches, supplicis
tuae, miserandae animae opitulare. In-
20 ter istam spicarum congeriem patere
ut uel pauculos dies delitescam, quoad
deae tantae ira mitigetur uel certe

1 = Per frugiferam tuam dexteram istam
ego te deprecor.

meae uires diutino labore fessae quiete
recreentur. »

Suscipit Ceres : « Tuis quidem lacrimosis precibus et commoueor et opitulari cupio, sed Veneris cognatae 5
meae, cum qua etiam foedus antiquum amicitiae colo, bonae praeterea feminae, malam gratiam subire nequeo. Decede itaque de istis aedibus protinus et quod a me retenta custoditaque non 10
eris gaude. »

Contra spem suam repulsa Psyche et afflicta, dum reuertitur, in subobscuro luco prospicit fanum; nec ullam uel dubiam spei melioris uiam uolens 15
omittere sacratis foribus appropinquat. Videt dona pretiosa in ramis arborum postibusque suffixa, quae cum gratia pro beneficio nomen deae cui fuerant dicata testabantur. Tum genu nixa et 20
manibus aram tepentem amplexa, detersis ante lacrimis, sic adprecatur :

« Magni Iouis germana et coniux,
siue tu Sami tenes uetusta delubra,

siue celsae Carthagini beatas sedes
frequentas, seu prope ripas Inachi in-
clitis Argiuorum praesides moenibus,
quam cunctus oriens Zygyam nomine
5 ueneratur et omnis occidens Lucinam
appellat, esto meis extremis casibus
Iuno Sospita meque in tantis laboribus
imminentis periculi metu libera. »

10 Illi ita supplicanti statim sese Iuno
cum sui numinis augusta dignitate
offert et protinus : « Quam uellem »,
inquit, « per fidem propitia precibus
tuis annuere. Sed uoluntati Veneris
nurus meae, quam filiae loco semper
15 dilexi, obsistere me pudor non sinit ;
etiam legibus, quae seruos alienos pro-
fugos inuitis dominis uetant suscipi
prohibeor. »

20 Isto quoque fortunae naufragio Psy-
che perterrita nec adipisci iam maritum
uolatilem quiens, tota spe salutis depo-
sita, sic ipsa suas cogitationes consuluit :
« Iam quae possunt alia temptari uel
adhiberi subsidia, cui ne dearum qui-

dem potuerunt prodesse suffragia?
Quo rursus itaque tantis laqueis in-
clusa uestigium porrigam quibusque
tectis uel etiam tenebris abscondita
magnae Veneris ineuitabiles oculos 5
effugiam? Quin igitur masculum tan-
dem sumis animum et fallacem spem
repudias fortiter et ultro te dominae
tuae dedis et uel sera modestia sae-
uientes impetus eius mitigas? Forsit- 10
an quem diu quaeritas illic in domo
matris reperias? » Sic ad obsequium,
immo ad certum exitium, praeparata
secum meditabatur quomodo deam
obsecrare inciperet. 15



MERCURII PRAECONIUM

At Venus inquisitione sua per terras
absistens caelum petit. Iubet instrui
currum quem ei Vulcanus aurifex sub- 20
tili fabrica studiose poliuerat et ut
nuptiale munus obtulerat. De multis

quae circa cubiculum dominae stabulant procedunt quattuor candidae columbae ; iugum gemmeum subeunt susceptaque domina laetae subuolant.

5 Currum deae prosequentes lasciuiunt passeres et ceterae, quae dulce cantant, aues melleis modulis suaue resonantes aduentum deae praenuntiant. Cedunt nubes et Caelum filiae pandi-
10 tur et summus aether cum gaudio suscipit deam, nec obuias aquilas uel accipitres rapaces pertimescit magnae Veneris canora familia.

Tum se protinus ad Iouis regias arces
15 dirigit et superba Mercuri dei operam necessariam postulat. Nec renuit Iouis caeruleum supercilium. Tum ouans ilico, comitante etiam Mercurio, Venus de caelo descendit solliciteque cum eo
20 serit sermonem : « Frater Arcadi, scis nempe sororem tuam Venerem sine Mercuri praesentia nil unquam fecisse nec te praeterit quanto iam tempore delitescentem ancillam nequiuerim re-

perire. Nil ergo superest nisi tuo praeconio praemium investigationis publice edicere. Fac ergo mandatum matures meum et indicia, quibus possit ea agnosci manifeste, designes, ne
5
si quis occultationis illicitae crimen subierit, ignorantiae se possit excusatione defendere »; et haec simul dicens libellum ei porrigit ubi Psyches nomen continebatur et cetera. Quo facto pro-
10
tinus domum secessit.

Nec Mercurius omisit obsequium. Nam per omnes populos passim discurrens sic munus exsequebatur : « Si
15
quis a fuga retrahere uel, ubi se occultet, demonstrare poterit regis filiam, Veneris ancillam, nomine Psychen, conueniat post metas Murtias¹ Mercurium praeconem, accepturus ab ipsa Venere indicii praemium. »
20

1. Metae Murtiae locus erat Romae, prope Circum Maximum situs. Ibi praecones, Apulei tempore, conuenire solebant.

Illa uerba Mercurii et praemii cupido
certatim omnium mortalium studium
adrexerat. Quae res sustulit Psyche
omnem cunctationem. Iamque ei fori-
5 bus dominae suae appropinquanti oc-
currit una de famulis Veneris nomine
Consuetudo statimque quam maxime
potuit exclamat : « Tandem ancilla
nequissima, dominam habere te scire
10 coepisti ? An istud quoque nescire
te fingis quantos labores te perqui-
rentes sustinuerimus ? Sed bene, quod
in meas potissimum manus incidisti,
datura scilicet actutum tantae contu-
15 maciae poenas » ; et audacter in capillos
eius inmissa manu trahebat eam ne-
quaquam renitentem. Quam ubi pri-
mum conspexit Venus, latissimum
cachinnum extollit, qualem solent irati,
20 caputque quatiens : « Tandem », inquit,
« dignata es socrum tuam salutare ?
An potius maritum, qui de tuo uulnere
periclitatur, ut interuises, uenisti ?
Sed esto secura ; iam enim excipiam te

ut bonam nurum decet »; et : « Vbi sunt », inquit, « Sollicitudo atque Tristitia ancillae meae ? » Quibus intro uocatis torquendam tradidit eam. At illae sequentes erile praeceptum Psychen misellam flagellis afflictam et ceteris tormentis excruciatam iterum dominae reddunt. 5



PSYCHES AERUMNAE 10

Tum rursus sublato risu Venus inuolat in eam, uestem diloricat capilloque discisso et capite conquassato grauitè affligit, et accepto frumento et hordeo et milio et papauere et cicere et lente et faba commixtisque aceruatim confusisque in unum cumulum sic ad illam : « Iam ipsa ad quam rem utilis sis periclitabor. Discerne seminum istorum inconditam congeriem singulisque 15 20

granis rite dispositis atque seiunctis
ante hanc uesperam opus perfectum
approbato mihi. »

FORMICAE

5 Sic assignato tot seminum cumulo
ipsa ad cenam nuptialem concessit. Ne
attigit quidem manu Psyche incondi-
tam illam et inextricabilem molem; sed
immani praecepto consternata silens
10 obstupescit. Tunc formica, illa paruula
ruricola, difficultatis perita tanti labo-
ris, miserta est contubernalis magni
dei socrusque saeuitiam exsecrata; dis-
currens nauiter conuocat colligitque
15 cunctam formicarum accolarum clas-
sem : « Miseremini, terrae omniparen-
tis agiles alumnae, miseremini, et Amo-
ris uxori, puellae lepidae, periclitanti
prompta uelocitate succurrite. » Ruunt
20 aliae super alias summoque studio



(Cliché de la Bibliothèque d'Art et d'Archéologie de l'Université de Paris)

Maître au Dé, Histoire de Psyché d'après Raphaël et Michel Coxie.
Nec cunctata diutius pergit ad quamdam turrim præaltam (p. 71).

singulae granatim totum digerunt acer-
uum separatimque distributis generi-
bus e conspectu celeriter abeunt.

Sed initio noctis e conuiuio nuptiali
Venus redit exornata rosis micantibus 5
uidetque diligentiam miri laboris :
« Non tuum », inquit, « nequissima, nec
tuarum manuum istud opus, sed illius
cui tuo et ipsius malo placuisti », et
frusto panis ei proiecto it cubitum. 10

Interim Cupido solus et custoditus
coercebatur acriter, partim ne uulnus
grauaret, partim ne cum sua uxore
conueniret. Sic ergo illis sub uno
tecto separatis taetra nox praeteriit. 15

Sed ad primam Auroram uocata
Psyche, Venus incipit : « Videsne illud
nemus quod fluuii praeter ripas porri-
gitur ? Oves ibi aurea lana fulgentes
incustoditae uagantur. Inde, de illo 20
pretioso uellere, floccum mihi confes-
tim ut afferas decerno. »

HARUNDO

Perrexit Psyche, non ut obsequio
quidem fungeretur, sed requiem ma-
lorum se praecipitans e fluuialibus
5 rupibus haberet. Sed inde, de fluuio,
harundo uiridis, leni crepitu dulcis
aurae, sic diuinitus uaticinatur : « Psy-
che tantis aerumnis exercita, ne miser-
rima morte meas sanctas aquas pollue-
10 ris neue ista hora formidabiles ferasque
oues adire conata sis; calore solis aes-
tuentes, truci rabie solent efferri cor-
nuque acuto et fronte saxea et non
nunquam uenenatis morsibus in mor-
15 tales saeuiunt, ut eos interficiant; sed
cum meridies solis ardorem sedauerit
et pecus prope fluuium conquieuerit,
poteris sub illa procerissima platano,
quae mecum simul idem flumen bibit,
20 te abscondere. Et cum primum miti-
gata furia laxauerint oues animum,
perlustrato uicino nemore lanosum

aurum reperies, quod passim stirpibus frondibusque obhaerescit. »

Sic harundo simplex et humana Psychen aegerrimam salutem suam docebat. Nec indiligenter praecepta 5 illa audiuit, sed, observatis omnibus, flauentis et mollis auri aceruum Veneri reportat. Nec tamen apud dominam saltem secundus labor probatus est ; sed contortis superciliis et subridens 10 amare : « Ne me praeterit quidem », inquit, « huius quoque facti auctor. Sed iam nunc ego periclitabor an forti animo singularique prudentia sis praedita. Videsne illius montis ardui uerticem, de quo defluunt fontis atrii fuscae undae ? Stygias inrigant paludes et rauca Cocyti flumina nutriunt. Indidem mihi de illo fonte aquam gelidam haustam confestim defer ista urnula. » 20 Dixit et e crustallo uasculum et insuper grauiiores minas ei tradidit.

AQUILA

At illa studiose gradum celerans
montis extremum petit, illic certe
inuentura uitae pessimae finem. Sed
5 cum primum praedicto iugo finiti-
mos locos attigit, uidet rei difficulta-
tem. Namque saxum immani magni-
tudine, inaccessum et lubricum, mediis
e faucibus fontes horridos euomebat,
10 qui statim editi per decliue solum dela-
bebantur et angusto tramite in proxi-
mam conuallem latenter incidebant.
Dextra laeuaque e cautibus cauatis
reptanter exeunt saeui dracones, qui
15 oculis perpetuo apertis uigiles excu-
bant. Iamque et ipsae semet munie-
bant uocales aquae. Nam et « Discede »
et « Quid facis ? Vide » et « Quid agis ?
Caue » et « Fuge » et « Peribis » subinde
20 clamitabant. Sic mutata in lapidem
Psyche, quamuis praesenti esset cor-
pore, sensibus tamen aberat et periculi
mole prorsus obruta lacrimarum etiam



(Photo Alinari)

Raffaello. — Palazzo della Farnesina.

Interea Cupido magno Ioui supplicat (p. 76).

extremo solacio carebat. Nec Proui-
dentiae bonae oculos latuit innocentis
animae aerumna. Nam supremi Iouis
regalis ales, extensis utrimque alarum
pinnis, repente affuit, rapax aquila, 5
opportunam ferens opem; alti culminis
caelestes uias deserit et ob os puellae
praeuolans incipit : « At tu, simplex
et expers rerum talium, sperasne te
sanctissimi nec minus truculenti fontis 10
uel unam stillam posse furari aut etiam
contingere? Deos etiam ipsumque
Iouem formidare aquas istas Stygias
comperisti, quodque uos iuratis per
numina deorum, deos per Stygis maies- 15
tatem solere. Sed cedo istam urnu-
lam », et protinus adrepta ea com-
plexaque festinat; nolentibus aquis et
ut abiret eam monentibus respondet
se ob iussum Veneris aquam petere ; 20
quare paulo facilior adeundi fuit copia.

Sic acceptam cum gaudio plenam
urnulam Psyche Veneri cito rettulit.
Nec tamen numen deae saeuae uel

tunc placare potuit. Nam sic maiora
atque peiora flagitia minans eam ap-
pellat subridens : « Iam tu quidem
maga uideris quaedam mihi malefica,
5 quae talibus praeceptis meis obtempe-
raueris nauiter. Sed etiam istud minis-
trare debebis. Sume istam pyxidem »,
et dedit ; « protinus usque ad inferos
et ipsius Orci ferales penates contende.
10 Tum tradens pyxidem Proserpinae :
« Petit a te Venus » dicito « paululum
de tua mittas sibi formositate. Nam
quod habuit, dum filium curat ae-
grotum, consumpsit atque contriuit
15 omne ». Sed haud serius redi, quia
me necesse est ea unctam theatrum
deorum frequentare. »

TURRIS

Tunc Psyche sensit ultimas adesse
20 fortunas suas et ad promptum exi-
tium sese compelli manifeste comperit.
Quidni ? quae suis propriis pedibus

ultra ad Tartarum manesque commeare
cogeretur. Nec cunctata diutius pergit
ad quamdam turrim praealtam, inde
sese praecipitatura : sic enim rebatur
ad inferos recte atque pulcherrime se 5
posse descendere. Sed turris loqui coe-
pit subito et : « Quid », inquit, « prae-
cipitio, misella, quaeris te extinguere?
Quidque iam nouissimo periculo labo-
rique isti temere succumbis? Nam si 10
spiritus a corpore tuo semel erit se-
iunctus, ibis quidem profecto ad imum
Tartarum, sed inde nullo pacto redire
poteris. Mihi ausculta. Lacaedemon
Achaiae nobilis ciuitas non longe sita 15
est : in uicinis et deuiis locis quaere
abditum Taenarum, spiraculum Ditis ;
per portas hiantes monstratur iter, quo,
limine transmeato, directo perges ad
ipsam Orci regiam. Sed non uacuis 20
manibus debebis per illas tenebras in-
cedere, sed offas polentae ambabus
gestare et in ipso ore duas ferre stipes.
Iamque confecta bona parte mortiferae

uiaae, incidēs in claudum asinum lignis
oneratum cum agasone simili, qui te
rogabit ut decidentis e sarcina fusti-
culos aliquos porrigas sibi; sed tu
5 nulla uoce tacita praeterito. Sine mora
ad flumen mortuum ¹ uenies, cui prae-
fectus est Charon; protinus expetens
portorium sic ad ripam ulteriorem su-
tili cumba deducit commeantes. Ergo
10 et inter mortuos auaritia uiuit nec
Charon ille, Ditis exactor, quicquam
gratuito facit : sed moriens pauper
uiaticum debet quaerere, et aes si forte
in manibus non fuerit, nemo eum ex-
15 spirare patietur. Huic squalido seni
dabis de stipibus quas feres alteram,
sic tamen ut ipse sua manu de tuo
sumat ore. Tum tibi pigrum flumen
transmeanti quidam supernatans senex
20 mortuus, adtollens putris manus, ora-
bit ut se intra nauigium trahas; ne tu
tamen illicita flexa sis pietate. Transito

1. = palus tygia.

fluuio, paulum te progressam textrices
orabunt anus ut se paulisper adiuues;
nec id tamen opus tibi attingere fas
est. Nam haec omnia tibi et multa
alia e Veneris insidiis orientur, ut uel 5
unam e manibus omittas offulam. Ne
putaueris futile esse istud damnum et
leue; altera enim perdita, lux haec tibi
prorsus denegabitur. Canis namque
ingens, triplici capite praeditus, imma- 10
nis et formidabilis, adlatrans mortuos,
quibus iam nil mali potest facere et
frustra eos territans, ante ipsum limen
et atra atria Proserpinae semper excu-
bans seruat uacuam Ditis domum. 15
Hunc una offula domitum facile prae-
teribis ad ipsamque protinus Proserpi-
nam introibis, quae te comiter ac beni-
gne excipiet, et molliter assidere pran-
diumque opipare sumere tibi suadebit. 20
Sed tu et humi reside et panem sor-
didum pete; deinde nuntia cur adue-
neris susceptoque quod offeretur, rur-
sus remeans, canis saeuitiam offula

altera redime; deinde auaro nauitae
data quam reseruaueris stipe transito-
que eius fluuio, regrediens prioribus
uestigiis, ad istum caelestium siderum
5 redibis chorum. Sed inter omnia hoc
obseruandum esse praecipue tibi cen-
seo, ne uelis aperire uel inspicere illam
quam feres pyxidem uel diuinae for-
mositatis abditum curiosius scrutari
10 thesaurum. »

Sic turris illa uaticinata est. Nec
morata Psyche pergit ad Taenarum
sumptisque rite stipibus illis et offulis
infernum decurrit meatum; transito
15 per silentium asinario debili, stipe
uectori data, neglecto fluitanti mortuo,
spretis textricum subdolis precibus,
offula canis rabie sopita domum Pro-
serpinae penetrat. Nec offerentis hos-
20 pitae sedili delicato accepto uel cibo
opulento, sed ante pedes eius residens
humilis et cibario pane contenta Ve-
neris pertulit legationem. Statimque
secreto repletam conclusamque pyxi-

dem suscipit, offulae secundae fraude
caninis latratibus oppressis, reliqua
nauitae reddita stipe, properans ab
inferis recurrit. Et recuperata candida
hac luce, quamquam festinabat munus 5
terminare, mens capitur temeraria cu-
riositate et : « Ecce », inquit, « inepta
ego, quae diuinam formositatem geram
nec paululum inde mihi delibem », et
haec uerba dicens reserat pyxidem. 10
Nec quicquam ibi rerum nec formo-
sitas ulla, sed infernus somnus ac uere
Stygius, qui statim inuadit eam cras-
saque soporis nebula in cuncta eius
membra diffunditur et eam in ipso 15
uestigio ipsaque semita collapsam pos-
sidet. Et iacebat immobilis, dormientis
cadaueris similis.


*
**

CUPIDO TANDEM !

Sed Cupido, iam cicatrice obducta,
reualescens nec diutinam suae Psyches
absentiam tolerans, per altissimam cu-
5 biculi, in quo includebatur, fenestram
elapsus est; reffectis pinnis quiete uelo-
cius prouolans ad Psychem accurrit
suam detersoque somno et rursum in
pristinam pyxidem recondito, Psychem
10 innoxio puncto sagittae suae suscitatur
et : « Ecce », inquit, « rursum perieras,
misella, simili curiositate. Sed tu ma-
tris meae mandata exsequere nauiter,
cetera egomet uidero ¹. » His dictis,
15 pinnis euolat ; Psyche uero confestim
Veneri munus reportat Proserpinae.

Interea Cupido in caelum penetrat,
magno Ioui supplicat suamque cau-
sam dicit. Tum Iuppiter : « Memini
20 te inter istas meas manus creuisse et
cuncta perficiam, quae rogaueris. »

1. = videbo.



(Photo Alinari)

Raffaello. — Palazzo della Farnesina.
Sine mora cena nuptialis apponitur (p. 78).

Sic fatus iubet Mercurium deos omnes ad contionem protinus conuocare, ac si quis coetu caelestium defuisset, poenam decem milium nummum¹ constitutum iri pronuntiare. Quo metu 5
statim completum est caelestium theatrum; pro sede sublimi sedens procerus Iuppiter sic enuntiat :

« Dei conscripti², adolescentem istum manibus meis alitum esse profecto 10
scitis omnes. Puellam elegit et uxorem duxit : teneat semperque beatam fortunatamque uitam agant. » Et ad Venerem uersus : « Ne tu », inquit, « filia, quicquam contristata sis neue proli 15
tantae tuae de matrimonio mortali metueris. Iam faciam nuptias non impares sed legitimas et iuri ciuili congruentes », et ilico per Mercurium

1. = nummorum.

nummus = sestertius.

2. Facete Apuleius deos *conscriptos* appellat, ut Romae in senatu *Patres conscripti* senatores uocabantur.

arripi Psychen et in caelum perduc
iubet. Porrecto ambrosiae poculo :
« Sume », inquit, « Psyche, et immor-
talis esto, nec umquam digredietur a
5 te Cupido, sed istae uobis erunt per-
petuae nuptiae. »

Sine mora cena nuptialis copiosa ap-
ponitur. Accumbebat summum torum
maritus cum sua Psyche, cum sua
10 Iunone Iuppiter ac deinde per ordinem
omnes dei. Tunc poculum nectaris,
quod uinum deorum est, Ioui quidem
rusticus puer, ceteris uero Liber mi-
nistrabat; Vulcanus cenam coquebat;
15 Horae rosis et ceteris floribus purpu-
rabant omnia; Gratiae spargebant bal-
sama; Musae quoque canora persona-
bant. Apollo cantauit ad citharam,
Venus formose saltauit, cum Musae
20 chorum canerent, tibias inflaret Satu-
rus, Paniscus ad fistulam diceret.

Sic rite Psyche conuenit in manum
Cupidinis et nata est illis filia, quam
Voluptatem nominamus.

INDEX

Introduction	6
Prooemium	7
Apuleius	16
Libri	16
Psyches et Cupidinis fabula	
Psyche	17
Amoris regia	23
Sororum coniuratio	29
Insidiae	34
Sacrilega curiositas	44
Sororum poenae	47
Veneris ira	51
Ceres et Iuno	55
Mercurii praeconium	59
Psyches aerumnae	63
Formicae	64
Harundo	66
Aquila	68
Turris	70
Cupido tandem !	76

*Moderatoribus Bibliothecae J. Doucet gratias
agimus pro imaginibus quas nobis benigne commo-
dauerunt.*

**ACHEVÉ D'IMPRIMER
SUR LES PRESSES DE LA
MAISON AUBANEL PÈRE
EN AVIGNON
LE 11 AVRIL 1967**

PSYCHES & CUPIDINIS

Fabula

Index difficiliorum vocabulorum

AUBANEL ÉDITEUR AVIGNON

PSYCHE

p. 17

- l. 2 **conspicuus, a, um**, remarquable (par la beauté).
- 3 **gratissima species**, aspect agréable.
- 6 **praeclarus, a, um**, brillant, éclatant.
- 8 **advena, ae, m.**, étranger.
- 9 **eximius, a, um**, rare.
- 10 **congregare**, rassembler.
- inaccessus, a, um**, inaccessible.
- formositas, atis, f.**, beauté.
- 14 **caeruleus, a, um**, bleu sombre.
- 15 **parere**, enfanter, engendrer.
- numen, inis, n.**, puissance divine.

p. 18

- l. 1 **procedere**, se répandre.
- 3 **peruagari**, envahir.
- 5 **confluere**, affluer, se rencontrer en foule.
- 9 **deformare**, souiller.
- puluinar, aris, n.**, coussin destiné aux statues des dieux.
- 10 **proterere**, fouler aux pieds.
- caerimoniae, arum, f.**, cérémonie.
- 12 **translatio, onis, f.**, transfert.
- 15 **fremere**, faire entendre un frémissement de colère.
- 17 **almus, a, um**, nourricier.
- 18 **partiri**, partager.
- 20 **terrenus, a, um**, terrestre.
- sordes, ium, f. pl.**, ordure.
- profanare**, profaner.

p. 19

- l. 4 **illicitus, a, um, illégal.**
- 5 **confestim, adv., aussitôt.**
- 6 **pinnatus, a, um, ailé.**
- 13 **nuncupare, désigner.**
coram, adv., devant lui.
- 16 **uindicta, ae, f., vengeance.**
- 18 **uindicare, sévir contre.**
contumax, acis, rebelle.
- 19 **abiectus, a, um, humble.**
- 20 **damnare, rejeter, repousser.**
infimus, a, um, le plus bas, le dernier.

p. 20

- l. 1 **decus, oris, n., beauté.**
- 2 **fructus, us, m., fruit, avantage.**
- 4 **regius, a, um, royal, de race royale. — ici subst : prince.**
- 5 **saltem, adv., à tout le moins, à défaut d'autre chose.**
- 6 **petitor, oris, m., le prétendant.**
accedere, aller vers, s'approcher.
- 7 **simulacrum, i, n., image, portrait, statue.**
- 9 **temperatus, a, um, modéré, moyen.**
- 10 **procus, i, m., prétendant.**
sponsus, a, um, promis en mariage.
- 12 **residere, rester, demeurer.**
deflere, pleurer quelqu'un, quelque chose.
- 16 **suspectatus, a, um, de suspectare, soupçonner.**
- 18 **percontari, interroger.**
- 20 **ingratus, a, um, délaissé.**

p. 21

- I. 1 **sistere**, placer.
- 2 **mundus**, i, m., parure.
thalamus, i., m., hymen.
funereus, a, um, funèbre, de funérailles.
- 3 **gener**, eri, m., gendre.
stirps, **stirpis**, f., souche, race, origine.
- 4 **malum**, i, n., monstre.
- 5 **fatigare**, tourmenter.
- 6 **debilitare**, blesser.
- 7 **Iouis** = **Iuppiter** (nomin.).
numen, inis, n., divinité.
- 8 **horrescere**, redouter.
- 9 **uaticinatio**, onis, f., prophétie.
- 13 **dirus**, a, um, funeste.
taeter, tra, trum, horrible, abominable.
- 14 **effectus**, us, m., exécution.
feralis, e, qui a rapport aux morts, funèbre.
- 15 **choragium**, ii, n., cortège.
struere, disposer, préparer.
- 16 **adfectus**, a, um, atteint, frappé par le malheur.
- 17 **congemere**, déplorer.
monitum, i, n., avertissement.
- 19 **exposcere**, exiger.
- 21 **sollemnia**, ium, n., cérémonies solennelles.

p. 22

- I. 1 **funus**, eris, n., cadavre.
- 2 **exsequiae**, arum, f., funérailles, obsèques.
- 4 **percitus**, a, um, remué, ému.
- 6 **uoces**, um, f. pl., paroles.
- 7 **diutinus**, a, um, qui dure longtemps.

- 8 **cruciare**, torturer, tourmenter.
10 **nuncupare**, appeler.
12 **peremptus**, a, um, de : **perimere**, faire périr.
15 **obire**, aller au devant de quelque chose.
18 **exitium**, ii, n., destruction.
19 **profatus**, a, um, de : **profari**, dire.
conticescere, se taire.
ingressus, us, m., démarche, allure.
20 **pompa**, ae, f., cortège.
22 **cacumen**, inis, n., sommet.
23 **deserere**, abandonner.
deiectus, a, um, bas.

p. 23

1. 2 **defessus**, a, um, las, épuisé.
3 **abstrudere**, cacher.
5 **uertex**, icis, m., sommet.
7 **caespes**, itis, m., motte de gazon, pelouse.
gremium, ii, n., sein, giron.

RESPONSUM DA :

Qui erant Psyches parentes ?

Quot filiae eis erant ?

Quid propter Psyches formositatem accidit ?

Quid in animo suo uera Venus sensit ?

Quo puella deducta est ?

Quis puellam flentem uexit ?

AMORIS REGIA

p. 23

- l. 9 **regia, ae, f.,** demeure royale, palais.
10 **torus, i, m.,** lit.
gramen, inis, n., gazon.
roscidus, a, um, humide de rosée.
11 **suave, adv.,** agréablement.
recubare, être étendu.
12 **sedatus, a, um,** calme.
conquiescere, se reposer.
13 **sufficere, suffire.**
recreatus, a, um, rétabli.
14 **resurgere, se relever.**
lucus, i, m., bois.
15 **procerus, a, um,** de grande taille.
consitus, a, um, ensemencé, planté de.
16 **uitrum, i, n.,** verre, cristal.
perlucidus, a, um, transparent.
19 **laquearia, ium, n. pl.,** plafond à caissons.
20 **citrus, i, f.,** citronnier.
ebur, oris, n., ivoire.

p. 24

- l. 1 **paries, ietis, m.,** mur de maison, paroi.
contegere, couvrir complètement.
2 **caelatus, a, um,** gravé, ciselé.
5 **pauimentum, i, n.,** dallage.
6 **pictura, ae, f.,** peinture.
discriminare, séparer, distinguer, nuancer.
8 **gemma, ae, f.,** pierre précieuse.
9 **monile, is, n.,** collier (surtout de femme).
calcare, marcher sur, fouler.

- 12 **solidus, a, um**, massif, plein (**auro solidus** : d'or massif).
- 13 **coruscare**, scintiller.
- 14 **cubiculum, i, n.**, chambre.
- 15 **fulgurare**, étinceler.
- 16 **ops, opis, f.**, richesse.
- 18 **palatium, ii, n.**, palais.
- 20 **oblectatio, onis, f.**, agrément.
- 21 **accedere**, s'approcher.
procedere, s'avancer.
- 22 **fidens, tis**, résolu, hardi.
- 23 **illectus, a, um**, séduit.

p. 25

- I. 2 **claustrum, i, n.**, tout ce qui sert à fermer.
custos, todis, m. f., garde, gardien.
- 3 **munire**, défendre, protéger.
- 6 **nudus, a, um**, dépouillé de, privé de.
- 7 **obstupescere**, rester interdit.
- 9 **lectulus, i, m.**, lit de repos.
artus, us, m., membres.
refouere, réchauffer, ranimer.
- 10 **arbitrium, ii, n.**, volonté, bon plaisir.
lauacrum, i, n., bain.
- 12 **desiderare**, regretter l'absence de, souhaiter, désirer.
- 14 **monitus, us, m.**, avertissement, avis.
- 17 **diluere**, faire disparaître.
- 20 **opimus, a, um**, abondant, magnifique.
daps, dapis, f., repas.
- 21 **introcedere**, entrer.
inuisus, a, um, invisible, caché.
- 22 **pulsare**, frapper ; ici : jouer.

p. 26

- l. 2 **patere**, être évident, manifeste.
- 3 **finitus**, a, um, terminé.
- 4 **concedere**, s'en aller.
cubitum, de **cubare**, être couché, dormir.
- 5 **provectus**, a, um, avancé.
- 9 **complecti**, prendre dans ses bras.
- 11 **conterere**, employer (le temps).
- 13 **concubia nocte**, au milieu de la nuit.
- 17 **consenescere**, vieillir.
porrectus, a, um, de **porrigere**, étendre.
- 19 **lugubris**, e, triste.
- 20 **lar**, **laris**, m., le foyer, la maison.
certatim, adv., à qui mieux mieux.
- 21 **pergere**, intr., se diriger vers.
- 24 **exitiabilis**, e, fatal, funeste.

p. 27

- l. 1 **observare**, surveiller.
- 4 **scopulus**, i, m., rocher.
- 5 **adesse** (ad), se tenir près de.
- 9 **exitium**, ii, n., perte, mort.
annuere, approuver, accorder.
- 10 **spondere**, promettre.
- 11 **dilapsus**, a, um, de **dilabi**, disparaître.
- 12 **plangor**, oris, m., lamentation.
- 13 **cibus**, i, m., nourriture.
- 14 **refectio**, onis, f., délassement.
- 15 **ubertim**, adv., abondamment.
- 16 **mature**, adv., de bonne heure.
- 18 **expostulare**, demander avec insistance.

- 22 **damnosus, a, um, nuisible, funeste.**
poscere, réclamer.
parere, obéir.
23 **serius, a, um, sérieux, grave.**
24 **sero, adv., tard.**

p. 28

- l. 2 **extorquere, arracher.**
4 **mulcere, apaiser.**
sermonem conferre, s'entretenir avec quelqu'un.
5 **uenia, ae, f., faveur, permission.**
7 **donare, gratifier de.**
13 **carere, manquer de.**
15 **largiri, donner libéralement.**
16 **praecipere, prescrire, ordonner.**
19 **euanesce, disparaître.**

RESPONSUM DA :

**Quid Psyche uidet, ubi, somno recreata, placido resurgit
animo ?**

Estne illa domus pretiosa annon ?

Quae res puellae thesaurum illum uisenti sese offert ?

Quis, prouecta nocte, subito adest ?

Quid a marito suo Psyche extorquet ?

SORORUM CONIURATIO

p. 29

- l. 1 **percontatus, a, um, de percontari, s'informer de**
quelque chose.
- 5 **plangere, frapper en signe de douleur.**
heiulatus, us, m., lamentations.
- 7 **cautes, is, f., rochers.**
- 9 **omens, tis, qui est hors de soi.**
- 12 **effligere, détruire, causer la perte de.**
- 14 **madens, tis, trempé, mouillé.**
gena, ae, f., joue.
siccare, rendre sec.
- 16 **plangere; ici tr : pleurer quelqu'un.**
amplecti, tenir dans ses bras.
- 18 **admonere aliquem alicuius rei, rappeler quelque**
chose à quelqu'un.
parere, obéir.
- 19 **flatus, us, m., souffle.**
- 20 **deportare, transporter.**
amplexus, us, m., embrassement.
- 21 **sese, marque la réciprocité.**
perfrui, jouir complètement.
- 22 **succedere, pénétrer sous.**

p. 30

- l. 2 **recreare, faire revivre, rétablir.**
ops, opis, f., richesses.
- 3 **servire, être esclave, servir.**
- 4 **familia, ae, f., le personnel des esclaves.**
- 5 **lauacrum, i, n., bain.**

- 6 **lautitiae, arum, f. pl.,** luxe (surtout de la table).
opipare, adv., somptueusement.
- 10 **percontari, s'enquérir.**
- 14 **pacto = modo.**
- 15 **arcanum, i, n.,** secret.
exigere, faire sortir.
confestim, adv., aussitôt.
- 15 **confingere, inventer, imaginer.**
- 16 **speciosus, a, um, de bel aspect.**
- 18 **inumbrare, ombrager.**
- 19 **uenatus, us, m.,** chasse.
- 20 **procedere, se prolonger.**
- 21 **prodere, trahir, livrer.**
aurum factum, or travaillé.
monile, is, n., collier.
monilia, bijoux.
- 22 **onustus, a, um, chargé.**
- 23 **reportare, ramener.**
- 24 **protinus, adv.,** immédiatement après.
perpetratus, a, um, de perpetrare, accomplir.

p. 31

1. 2 **fel, fellis, n.,** fiel.
flagrare, brûler.
- 3 **strepere, faire du bruit.**
- 4 **en, interj.,** voilà.
- 5 **hocine = hocne.**
- 6 **prognatus, a, um, issu de (+ abl.).**
sustinere, subir.
- 8 **aduena, cf. p. 17, l. 8.**
- 9 **extorris, e, chassé de.**
lar, cf. p. 29, l. 22.
- 10 **degere, passer (le temps).**

- 12 **nouissimus, a, um, de nouus, nouveau, dernier venu.**
 16 **monilia, cf. p. 30, l. 21.**
praenitere, se signaler par son éclat.
 18 **calcare, fouler, marcher sur quelque chose.**
 19 **formosus, a, um, cf. formositas, p. 17, l. 10.**
 22 **roboratus, a, um, fortifié, affermi.**

p. 32

- I. 1 **sursum, adv., vers le haut.**
 2 **spirare, avoir les sentiments de... respirer...**
 5 **sortiri, obtenir du sort.**
cucurbita, ae, f., citrouille.
caluus, a, um, chauve.
 6 **pusillus, a, um, de petite taille.**
 7 **sera, ae, f., verrou.**
catena, ae, f., chaîne.
 10 **articularis, e, articulaire (art. morbus, la goutte).**
 11 **curuatus, a, um, (de curuare), plié, voûté, tordu.**
sustinere, cf. p. 31, l. 6.
 12 **detortus, a, um (de detorquere), déformé.**
duratus, a, um (de durare), durci.
 13 **perfricare, frotter, frictionner.**
fomenta, torum, n., pansements.
pannus, i, m., morceau d'étoffe.
 14 **foetidus, a, um, qui sent mauvais.**
 15 **adurere, brûler (à la surface).**
 16 **laboriosus, a, um, pénible.**
 17 **sustinere personam, jouer le rôle de...**

p. 33

- I. 1 **tumere, être gonflé d'orgueil.**
prodere, dévoiler, révéler.

- 3 **inuitus, a, um**, qui agit contre son gré.
proiicere, jeter en avant.
- 4 **propellere**, chasser.
efflare, répandre dehors en soufflant, balayer par le souffle du vent.
- 6 **pessum deicere**, précipiter à la ruine.
- 9 **ualidus, a, um**, énergique, efficace .
- 20 **sobrius, a, um**, sobre, frugal.
- 21 **instructus, a, um**, pourvu de, armé de.
- 22 **firmus, a, um**, ferme, décidé.

p. 34

- I. 2 **detrahere**, défaire, dénouer.
- 3 **lacerare**, déchirer.
redintegrare, recommencer.
- 5 **uesania**, déraison, folie.
- 6 **turgidus, a, um**, gonflé.
contendere, marcher vivement.
- 7 **parricidium, ii, n.**, meurtre d'un parent, d'un proche.
struere, tramer, machiner.
- 8 **insons, tis**, innocent.

RESPONSUM DA :

Quomodo Psyche suarum sororum luctum mulcet ?

De quo sorores illae Psychen percontantur ?

Quid Psyche confingit ?

Quid, domum redeuntes, sorores inter se strepunt ?

Quid suscipit altera ?

Quid ambae moliuntur ?

INSIDIAE

p. 34

- l. 13 **commonere**, avertir.
- 15 **nefarius, a, um**, impie.
- 17 **explorare**, examiner.
- 19 **lamia, ae, f.**, lamie (sorte de vampire dont on menaçait les enfants).

p. 35

- l. 11 **suboles, is, f.**, rejeton.
- 13 **anhelare**, exhaler.
- 20 **dirigere**, mettre en ligne.
- 21 **mucro, onis, m.**, glaive, épée.

p. 36

- l. 3 **internecius, a, um**, meurtrier, homicide.
- 4 **calcare**, fouler aux pieds.
- 7 **personare**, faire retentir.
- 10 **perpendere**, apprécier, évaluer.
- 14 **in uicem**, au lieu de.
- 16 **cinnamomeus, a, um**, qui sent la cannelle.
- 17 **pendulus, a, um**, qui pend.
- 18 **teres, etis**, arrondi.
genae, arum, f. pl., joues.
- 21 **germanus, a, um**, fraternel.
- 22 **indulgere**, accorder.
deuotus, a, um, soumis à.
dicatus, a, um, dévoué à.

p. 37

- l. 1 **officere**, faire obstacle (+ 'dat.).
- 3 **illectus, a, um** (de **illicere**), charmé, séduit.
- 6 **praeuertere**, devancer.
- 8 **recta**, adv., directement.
- 11 **prosilire**, se lancer, se précipiter.
- 12 **altum, i, n.**, subst., les profondeurs.
- 13 **suscipere**, soutenir.
- 14 **aura, ae, f.**, brise.
- spirare**, souffler.
- 20 **hilarare**, rendre gai.
- 22 **fouere**, choyer, dorloter.

p. 38

- l. 6 **curare**, soigner, traiter.
- 7 **triclinum, ii, n.**, lit de table.
- 8 **psallere**, jouer de la cithare.
- 9 **tibia, ae, f.**, flûte.
- 12 **remulcere**, charmer.
- 14 **mellitus, a, um**, doux comme le miel.
- 15 **pedica, ae, f.**, piège.
- 16 **sciscitari**, s'informer.
- 19 **instruere**, disposer, imaginer.

p. 39

- l. 1 **negotari**, faire du commerce.
- 2 **canus, a, um**, blanc (en parlant des cheveux).
- 4 **onustus, a, um** (de **onerare**), chargé de.
- 9 **fatuus, a, um**, insensé, extravagant.
- 12 **canities, iei, f.**, blancheur des cheveux, de la barbe.
- 21 **laqueus, i, m.**, lacet, nœud coulant.
- 22 **fallacia, ae, f.**, supercherie, ruse.
- 24 **fastidiose**, adv., avec dégoût, avec dédain.

p. 40

- l. 4 **astus, us, m., ruse.**
- 8 **excubare, veiller.**
- 12 **hiare, être béant.**
- 14 **Pythicus, a, um, d'Apollon, pythique.**
trux, cis, adj., farouche, sauvage.
- 16 **uenari, chasser.**
- 18 **pastus, us, m., pâture.**
- 20 **saginare, engraisser (les animaux).**
- 22 **parere, enfanter.**

p. 41

- l. 1 **declinatus, a, um, de declinare, esquiver.**
- 8 **tenellus, a, um, dim. de tener, tendre, délicat.**
- 9 **amens, tis, qui n'a pas sa raison.**
- 14 **tenuatus, a, um (de tenuare), diminué, affaibli.**
- 22 **lucifugus, a, um, qui fuit le jour.**

p. 42

- l. 3 **deterrere, détourner, écarter en effrayant.**
- 6 **periclitari, être en danger.**
- 7 **subsistere, tenir bon, opposer de la résistance.**
- 14 **nouacula, ae, f., rasoir, couteau.**
praeacutus, a, um, qui se termine en pointe.
- 15 **torus, i, m., lit.**
cubare, être couché.
- 16 **lucerna, ae, f., lampe.**
latenter, adv., en te dissimulant.
- 17 **micare, briller.**
- 18 **aulula, ae, f., petite marmite.**
- 19 **tenacissime, adv., de façon impénétrable.**

- 20 **sulcatus, a, um** (de **sulcare**), onduleux.
gressus, us, m., marche, pas.
- 21 **cubile, is, n.**, couche, lit.
- 22 **flare, exhaler, souffler.**
- 24 **minuere, diminuer, amoindrir.**

p. 43

- I. 1 **custodia, ae, f.**, prison.
- 2 **facinus, oris, n.**, exploit.
- 3 **mutuari, emprunter.**
- 6 **abscidere, trancher.**
- 9 **ocius, adv.**, promptement.
- 15 **porrectus, a, um, de porrigere**, déposer sur (+ super).
- 16 **proripere, se précipiter.**

RESPONSUM DA :

Quomodo maritus nocturnus Psychen commonet ?

Quid praeterea nuntiat ?

Recipitne tamen Psyche tecto suo sorores ?

Quid deinde sciscitantur ?

Quid Psyche respondet ?

Quid, cum postero die mane redeunt, illi nuntiant ?

Quid puellae suadent ?

SACRILEGA CURIOSITAS

p. 44

- I. 3 **aestus, us, m.**, agitation de la mer.
maerere, s'affliger.
4 **fluctuare**, flotter, être irrésolu.
8 **distrahere**, partager.
affectus, us, m., sentiment, émotion.
9 **trepidare**, être agité par la crainte, trembler.
13 **instruere**, dresser, disposer.
apparatus, us, m., apprêt.
18 **infirmus, a, um**, faible.
19 **subministrare**, fournir, procurer.
roboratus, a, um, de roborare, fortifier, affermir.
20 **corripere**, saisir.
22 **clarescere**, devenir clair.

p. 45

- I. 4 **hilare, adv.**, joyeusement.
5 **increbrescere**, s'accroître, s'aviver.
acumen, minis, n., la pointe, le tranchant.
7 **deterritus, a, um, de deterreo**, détourner de.
impos, otis, qui n'est pas maître de.
8 **desidere**, s'affaïsser.
poples, itis, m., jarret.
13 **defectus, a, um (de deficere)**, abattu, affaibli.
15 **caesaries, iei, f.**, chevelure.
16 **madidus, a, um**, humide.
cervix, icis, f., nuque, cou.
18 **globus, i, m.**, boule, sphère; **ici**, boucle.
21 **pinna, ae, f.**, plume.
roscidus, a, um, humide de rosée.

- 23 **lascivire**, folâtrer, jouer.
 24 **luculentus**, a, um, de bel aspect, brillant.

p. 46

- l. 4 **pertractare**, manier.
 5 **depromere**, tirer de.
 7 **periclitari**, faire l'essai de.
 8 **pungere**, piquer.
 9 **rorare**, tomber goutte à goutte, comme de la rosée.
 11 **noxius**, a, um, qui cherche à nuire.
 12 **euomere**, rejeter (en vomissant).
lumen, inis, n.; ici, l'orifice (de la mèche).
 14 **inustus**, a, um, de **inurere**, brûler sur.
exsilire, s'élancer, bondir.

p. 47

- l. 6 **deuinctus**, a, um, de **deuincire**, lier, enchaîner.
infimus, a, um, le plus humble.
addicere, vouer à.
 15 **proripere** (se), se précipiter.

RESPONSUM DA :

Quibus affectibus Psyche distrahitur ?

Quid lumine appposito uidet ?

Formosusne est deus ? illum depinge.

Quid fit de lucerna ?

Quid deinde accidit ?

SORORUM POENAE

p. 47

- l. 18 **uisere = uidere.**
uolatus, us, m., action de voler, vol.
prospicere, voir de loin, regarder de loin.

p. 48

- l. 3 **procerus, a, um,** long, grand.
4 **margo, inis, m. f.,** bord, bordure.
6 **exponere,** débarquer, déposer.
7 **iuxta,** prép., près de (+ acc.).
8 **supercilium, ii, n.,** hauteur, crête.
10 **lasciuire,** folâtrer, s'ébattre.
11 **hircosus, a, um,** qui tient du bouc.
14 **permulcere,** flatter, calmer.
lenire, adoucir, pacifier.
15 **uenustus, a, um,** gracieux, aimable.
20 **incessus, us, m.,** démarche, allure.
21 **suspiritus, us, m.,** profond soupir.
22 **maerere,** être triste, chagriné.
23 **laborare,** être dans des difficultés, peiner.
auscultare, écouter (+ dat.), obéir.

p. 49

- l. 1 **perimere,** détruire, faire périr.
8 **uestigium, ii, n.,** empreinte du pas, pas.
13 **mutuus, a, um,** réciproque.
amplexus, us, m., embrassement.
expletus, a, um, de **explere,** remplir, satisfaire.
percontari, s'informer de.
19 **conscius, a, um,** complice.
sopitus, a, um, de **sopire,** assoupir, endormir.

p. 50

- l. 9 **praecipere**, prescrire.
- 10 **efflare**, répandre dehors en soufflant.
- 12 **uesanus**, a, um, insensé, fou.
stimulus, i, m., aiguillon.
iactatus, a, um, de **iactare**, jeter de côté et d'autre.

p. 51

- l. 2 **ales**, itis, m. f., oiseau.
pascere, nourrir, repaître.

RESPONSUM DA :

**Quid a fluuio factum est, cum Psyche de fluminis margine
se praecipitare uellet ?**

Quis tum puellae obuius fit ?

Quo Psyche die labente accedit ?

Quid Psyche sorori narrat ?

Quid a sorore tum factum est ?

VENERIS IRA

p. 51

- l. 12 **circuire**, aller successivement d'un endroit à un autre.
- 13 **thalamus**, i, m., chambre.
- 15 **gauia**, ae, f., mouette.
- 16 **lauare**, intr., se baigner.
- 17 **adustum**, de **adurare**, brûler.
- 19 **maerere**, être triste, s'affliger.

p. 52

- l. 1 **uerbosus**, a, um, bavard.
- curiosus**, a, um, indiscret.
- 3 **existimatio**, ionis, f., réputation, honneur.
- garrire**, jaser, babiller.
- 6 **promere**, produire au jour, dévoiler.
- 10 **ministerium**, ii, n., domesticité.
- 14 **probe**, adv., bien, parfaitement.
- 16 **forma**, ae, f., beauté.
- 18 **nimirum**, adv., assurément, certainement.

p. 53

- l. 2 **ratio**, ionis, f., méthode, procédé, façon.
- 3 **congruere** (+ dat.), être en accord avec.
- 5 **calcare**, piétiner, fouler aux pieds.
- cruciare**, torturer, tourmenter.
- 6 **nurus**, us, f., bru.
- 8 **inrisus**, a, um, de **inridere**, tr., se moquer de.
- se conferre**, se porter, se tourner vers une chose.
- 9 **cohibere**, retenir, contenir.
- 11 **squalere**, être sale, négligé.

- 13 **horrescere**, redouter.
uindicta, ae, f., vengeance, punition.
- 17 **proripere (se)**, se jeter, se précipiter.
infestus, a, um, hostile.
- 18 **assequi**, atteindre, rejoindre.
- 19 **tumidus**, a, um, gonflé, boursouflé.
- 20 **trux, trucis**, farouche.
- 21 **supercilium**, ii, n., sourcil.

p. 54

- l. 3 **latere (+ acc.)**, être inconnu de.
- 5 **adortus**, a, um, de **adoriri**, entreprendre de.
- 6 **delinquere**, faillir, être en faute.
- 7 **impugnare**, attaquer, assaillir.
- 8 **gestire**, être impatient de, brûler de.
- 13 **explorare**, épier, surveiller.
- 14 **patrocinium**, ii, n., défense, appui, plaidoyer.
- 15 **gratiosus**, a, um, destiné à leur concilier ses bonnes grâces.
- 18 **concitus**, a, um (de **conciere**), rapide.
pelagus, i, n., la haute mer.

RESPONSUM DA :

Ubi Cupido iacet, dum Psyche eum quaerens populos circuit ?

Quis de ea re Veneri indicat ?

Quid etiam dixit gauia ?

Permoueruntne Venerem ea uerba ?

Quis illam lenire conatur ?

CERES ET IUNO

p. 55

1. 2 **iactare**, jeter de côté et d'autre, ballotter.
discursus, us, m., action de courir çà et là.
4 **uestigare**, rechercher partout avec soin.
9 **defectus, a, um** (de **deficio**), épuisé, affaibli.
incitare, stimuler.
10 **emensus, a, um** (de **emetior**), mesuré, parcouru.
puluinar, aris, n.; ici, sanctuaire (coussin sur lequel on place les statues des dieux).
12 **spica, ae, f.**, épi.
13 **flexilis, e**, courbé.
14 **hordeum, i, n.**, orge.
15 **messorius, a, um**, de moissonneur.
apparatus, us, m., instruments, outils, attirail.
19 **diuidere**, répartir, séparer.
rite, adv., selon les règles.
componere, mettre en place, ranger.

p. 56

1. 2 **almus, a, um**, nourricier.
3 **ain = aisne**.
5 **furens, tis**, qui est hors de soi.
7 **ultio, onis, f.**, vengeance.
8 **flagitare**, réclamer, exiger.
9 **attendere** (+ dat.), être attentif à.
11 **aduoluere** (+ acc.), se jeter aux genoux de.
12 **rigare**, arroser.
13 **uerrere**, balayer.
15 **frugifer, era, erum**, qui produit des fruits, fécond.
16 **sulcus, i, m.**, sillon.

- 17 **rapax, cis**, ravisseur.
tenax, acis, qui s'attache fortement, qui retient.
 19 **opitulari** (+ dat.), assister, aider.
 20 **congeries, iei**, f., amas, monceau.
 21 **delitescere**, se cacher.

p. 57

- I. 5 **cognatus, a, um**, parent, apparenté.
 6 **foedus, eris**, n., pacte; ici, relation.
 8 **gratia, ae**, f., avec **mala**, ressentiment.
 14 **fanum, i**, n., temple.
 18 **postis, is**, m., jambage de porte.
suffixus, a, um, de **suffigere**, attacher, clouer.
 20 **dicare**, dédier, consacrer.
nixus, a, um, de **niti**, s'appuyer sur.
 21 **tepere**, être tiède.
detersus, a, um, de **detergere**, enlever en essuyant, essuyer.
 23 **germanus, a, um**, frère, sœur.

p. 58

- I. 1 **celsus, a, um**, haut, grand.
 2 **Inachus, i**, m., fleuve de l'Argolide.
 3 **praesidere** (+ dat.), protéger.
 4 **Zygia, Lucina, Sospita**, surnoms de Junon.
 12 **per fidem**, sans manquer à ma parole.
propitius, a, um, favorable, bienveillant.
 13 **annuere**, donner son assentiment.
 15 **pudor, oris**, m., honneur.
 16 **profugus, a, um**, fugitif.
 17 **suscipere**, accueillir.
 21 **volatilis, e**, qui vole, ailé.
 22 **consulere**, examiner.

p. 59

- l. 1 **suffragium, ii, n.;** ici, approbation.
- 2 **laqueus, i, m.,** filet.
- 3 **porrigere,** diriger en avant.
- 6 **masculus, a, um,** mâle.
- 9 **modestia, ae, f.;** ici, obéissance.
saeuire, être en fureur.
- 10 **mitigare,** apaiser.
- 11 **quaeritare,** chercher avec ardeur.
- 12 **obsequium, ii., n.,** obéissance.

RESPONSUM DA :

Quid uidit Psyche, dum maritum suum uestigat ?

Quae dea ibi colitur ?

Commoueturne Ceres precibus Psyches ?

Quid, dum maesta reuertitur, uidit Psyche ?

Quid Iuno respondet ?

MERCURII PRAECONIUM

p. 59

- l. 17 **praeconium**, ii., n., publication, annonce.
- 18 **inquisitio**, onis, f., enquête, recherche.
- 19 **absistere** (+ abl.), renoncer à.
instruere, équiper.
- 20 **aurifex**, icis, m., orfèvre.
- 21 **fabrica**, ae, f., métier d'artisan, art.
polire, polir, façonner.
- 22 **offerre**, présenter, offrir.

p. 60

- l. 1 **stabulare**, être à l'étable, habiter, séjourner.
- 3 **subire**, tr., aller sous.
- 4 **suscepta**, de **suscipere**, soutenir, soulever.
subuolare, s'élever en volant.
- 6 **passer**, eris, m., moineau.
- 7 **melleus**, a, um, de miel, doux, suave.
modulus, i, m., mélodie.
resonare, faire retentir.
- 9 **pandere**, ouvrir.
- 12 **accipiter**, tris, m., épervier.
- 13 **canorus**, a, um, mélodieux, harmonieux.
- 16 **renuere**, faire un signe négatif, refuser.
- 17 **ouare**, triompher.
- 20 **serere**, nouer des entretiens, engager la conversation.
Arcadius, a, um, arcadien.
- 24 **delitescere**, se cacher.
nequire, ne pas pouvoir.

p. 61

- l. 2 **inuestigatio, onis, f.,** recherche attentive.
- 3 **edicere,** proclamer.
- 4 **maturare,** mener à sa fin.
indicium, ii, signalement, dénonciation (cf. l. 20).
- 5 **designare,** indiquer.
- 7 **subire,** se charger de, supporter.
- 9 **libellus, i, m.,** un papier.
- 12 **obsequium, ii, n.,** obéissance.
exsequi, remplir jusqu'au bout.
- 15 **retrahere,** « arrêter ».
- 18 **conuenire,** rencontrer quelqu'un.
meta, ae, f., borne.

p. 62

- l. 3 **adrigere,** exciter.
- 9 **nequissimus,** sup. de **nequam,** vaurien.
- 11 **ingere,** inventer.
- 14 **actutum,** adv., aussitôt.
- 15 **contumacia, ae, f.,** obstination rebelle.
- 16 **inmissa,** de **inmittere,** envoyer dans.
- 17 **reniti,** faire des efforts contre.
- 18 **latissimus,** sup. de **latus, a, um,** large.
- 19 **cachinnus, i, m.,** éclat de rire (**tollere, extollere**).
- 20 **quater,** secouer.
- 21 **socrus, us, f.,** belle-mère.
- 23 **periclitari,** être en danger.
interuisere, rendre une visite.

p. 63

- 1. 1 **nurus, us, f.,** belle-fille.
- 4 **torquere, torturer.**
- 5 **erilis, e, du maître ou de la maîtresse.**
- 6 **flagellum, i, n., fouet.**
afflictus, a, um, de affligere, frapper.
- 7 **excruciatuſ, a, um, de excruciare, martyriser.**

RESPONSUM DA :

Quo Venus se recipit et quid postulat ?

Cuius dei operam postulat et quid illum iubet ?

Quomodo Mercurius munus exsequitur ?

Audiuitne Psyche Mercurii uerba ? quid statuit ?

Quomodo Venus Psychen recipit ? Cui eam tradit ?

PSYCHES AERUMNAE

p. 63

- l. 10 **aerumnae, arum, f. pl.**, tribulations, épreuves.
12 **diloricare**, déchirer un vêtement.
13 **discissus, a, um, de discindere**, arracher.
conquassatus, a, um, de conquassare, secouer fotentement.
14 **hordeum, i, n.**, orge.
15 **milium, ii, n.**, millet.
papaver, eris, n., pavot.
cicer, eris, n., pois chiche.
lens, tis, f. lentille.
fabae, ae, f., fève.
aceruatim, adv., par tas.
18 **periclitari**, faire l'essai de.
20 **inconditus, a, um**, confus.
congeries, iei, f., amas.

p. 64

- l. 1 **rite, adv.**, comme il faut.
sejungere, mettre à part.
3 **approbare**, faire approuver.

FORMICAE

- l. 4 **formica, ae, f.**, fourmi.
8 **moles, is, f.**, masse.
9 **immanis, e**, barbare, cruel.
10 **obstupescere**, être frappé de stupeur.
11 **ruricola, ae, m. f.**, qui habite la campagne.
12 **contubernalis, is, m. f.**, compagnon, compagne.

- 13 **exsecratus, a, um, de exsecrari, maudire.**
- 14 **naviter, adv., avec zèle, empressement.**
- 15 **accola, ae, m., voisin.**
- 16 **omniparens, tis, qui produit toutes choses.**
- 17 **alumnus, a, um, nourrisson, enfant.**
- 18 **lepidus, a, um, agréable, charmant.**

p. 65

- I. 1 **granatim, adv., grain à grain.**
digerere, diviser, séparer.
- 5 **micare, briller, étinceler.**
- 10 **frustum, i, n., morceau, bouchée.**
- 12 **coercere, enfermer.**
- 18 **porrigere, s'étendre.**
- 21 **uellus, eris, n., peau, toison.**
floccus, i, m., flocon de laine.
confestim, adv., à l'instant même.

p. 66

HARUNDO

- I. 1 **harundo, inis, f., roseau.**
- 2 **pergere, continuer, poursuivre.**
fungi (+ abl.), s'acquitter de.
- 6 **crepitus, us, m., craquement, crépitement.**
- 7 **uaticinari, prophétiser.**
- 8 **exercitus, a, um, de exercere, tourmenter, inquiéter.**
- 9 **polluere, profaner, souiller.**
- 10 **formidabilis, e, redoutable.**
- 11 **aestuar, être brûlant.**
- 12 **trux, cis, farouche, sauvage.**
efferri, être transporté de...
- 14 **morsus, us, m., morsure.**

- 15 **saeuere**, sévir contre quelqu'un.
- 18 **procerus**, a, um, haut, grand.
- 20 **mitigatus**, a, um, de **mitigare**, rendre doux, pacifier.
- 21 **laxare**, détendre, relâcher.
- 22 **perlustrare**, parcourir, explorer.

p. 67

- l. 1 **stirps**, pis, f., souche.
- 2 **obhaerescere** (+ dat.), s'attacher à.
- 7 **flauere**, être jaune.
- 9 **secundus**, a, um, favorable, heureux.
- 10 **contortus**, a, um, de **contorquere**, tourner, froncer.
- 14 **praeditus**, a, um, doté de.
- 16 **fuscus**, a, um, noir, sombre.
- 17 **inrigare**, se déverser dans.
- 18 **raucus**, a, um, au son rauque, caverneux.
indidem, du même lieu.
- 20 **urnula**, ae, f., petite urne.
- 21 **uasculum**, i, n., petit vase.

p. 68

AQUILA

- l. 1 **aquila**, ae, f., aigle.
- 5 **praedictus**, a, um, de **praedicere**, fixer, notifier d'avance.
- 8 **lubricus**, a, um, glissant.
- 9 **horridus**, a, um, d'un aspect farouche.
euomere, rejeter, vomir.
- 10 **declivis**, e, qui est en pente.
- 11 **trames**, itis, m., sentier.
- 12 **conuallis**, is, f., vallée encaissée.
latenter, adv., secrètement, sans qu'on s'en aperçoive.
- 13 **cautes**, is, f., rocher.

- 15 **excubare**, monter la garde, veiller.
 16 **munire**, protéger, défendre.
semet muniebant, se protégeaient d'elles-mêmes.
 23 **moles, is, f.**, masse, poids.
obrutus, a, um, de **obruere**, accabler.

p. 69

- l. 2 **latere** (+ acc.), échapper à.
 4 **ales, itis, m. f.**, oiseau.
 7 **os, oris, n.**, visage.
 10 **truculentus, a, um**, redoutable.
 11 **stilla, ae, f.**, goutte.
furari, dérober.
 12 **contingere**, atteindre.
 16 **cedo**, donne.
 17 **complexus, a, um**, de **complecti**, entourer.
 18 **festinare**, se hâter.

p. 70

- l. 2 **flagitium, ii, n.**, châtiment.
 4 **maga, ae, f.**, magicienne.
maleficus, a, um, malfaisant.
 6 **ministrare**, exécuter.
 7 **pyxis, idis, f.**, coffret de petites dimensions.
 9 **feralis, e**, qui a rapport aux dieux Mânes, aux Enfers.
 14 **conterere**, épuiser par l'usage.
 16 **ungere**, oindre.

TURRIS

- l. 20 **fortuna, ae, f.**, situation dans laquelle on se trouve.

p. 71

- l. 1 **commeare**, aller.
 2 **pergere**, se diriger directement vers.

- 4 **rerī**, penser.
- 7 **praecipitium**, ii., n., chute d'un lieu élevé.
- 10 **temere**, adv., à la légère.
- 14 **auscultare** (+ dat.), écouter, obéir.
- 15 **Achaia** = **Graecia**, la province d'Achaïe dans l'empire romain.
- 16 **deuius**, a, um, hors de la route, écarté.
- 17 **Taenarum**, i, n., Ténare, promontoire de Laconie où la croyance situait l'une des entrées des Enfers.
spiraculum, i, n., soupirail, ouverture.
Dis, **Ditis**, Pluton (le riche).
- 19 **transmeatus**, a, um, de **transmeare**, traverser.
directo, adv., directement.
- 20 **uacuus**, a, um, vide.
- 22 **offa**, ae, f., galette de farine d'orge (**polenta**, ae, f.).
- 23 **stips**, pis, f., pièce de monnaie.
- 24 **mortifer**, era, erum, qui conduit vers la mort.

p. 72

- I. 2 **agaso**, onis, ânier.
- 3 **decidere**, tomber de.
sarcina, ae, f., charge, fardeau.
fusticulus, i, m., petit bâton, menu bois.
- 4 **porrigere**, tendre, offrir.
- 6 **mortuus**, a, um, aux eaux stagnantes.
- 8 **portorium**, ii, n., taxe de péage.
sutilis, e, cousu (de peaux cousues et tendues sur une armature de bois).
- 9 **cumba**, ae, f., barque.
commeare, aller d'un endroit à un autre.
- 11 **exactor oris**, m., collecteur d'impôts, percepteur.
- 13 **uiaticum**, i, n., argent du voyage.
aes, aeris, n., argent, monnaie.

- 14 **exspirare**, rendre le dernier soupir.
squalidus, a, um, malpropre, sale, hideux.
18 **sumere**, prendre.
19 **supernatare**, flotter à la surface.
20 **adtollere**, dresser.
puter (ou) putris, is, e, gâté, putréfié.
22 **illicitus, a, um**, interdit, illégal.

p. 73

- I. 1 **textris, icis, f.**, celle qui tisse la toile.
2 **anus, us, f.**, la vieille femme.
adiuvare, seconder, aider.
6 **omittere**, laisser échapper.
offula, ae, f., dim. de **offa**.
11 **adlatrare**, aboyer après quelqu'un.
19 **molliter**, adv., moelleusement (sur un siège moelleux).
20 **opipare**, adv., copieusement.
21 **residere**, s'asseoir.
sordidus, a, um, grossier.
24 **remeare**, retourner, revenir.

p. 74

- I. 1 **redimere**, racheter.
11 **uaticinari**, prophétiser.
14 **meatus, us, m.**, passage, le chemin menant vers les Enfers.
15 **debilis, e**, infirme.
16 **uector, oris, m.**, le passeur.
fluitare, flotter, surnager.
17 **subdolus, a, um**, fourbe.
18 **sopitus, a, um**, de **sopire**, assoupir, endormir.
20 **sedile, is, m.**, le siège.
delicatus, a, um, qui charme les sens, moelleux.

- 22 **cibarius, a, um, grossier, ordinaire.**
 23 **perferre, accomplir jusqu'au bout.**
 24 **secreto, adv.**
conclusus, a, um, de concludere, fermer.

p. 75

1. 2 **latrare, aboyer.**
 9 **delibare, prélever, détacher.**
 10 **reserare, ouvrir.**
 11 **nec quicquam rerum, absolument rien.**
 13 **inuadere, envahir.**
crassus, a, um, épais.
 16 **uestigium, ii, n., l'endroit où l'on pose le pied.**
semita, ae, f., sentier.
collapsus, a, um, de collabi, s'écrouler.

RESPONSUM DA :

Quem laborem Venus filii sui uxori imperat ?
Quae bestiolae ei adsunt ?
Quomodo eam adiuuant ?
Quid rursus Venus imperat ?
Quid harundo simplex et humana docet ?
Num Psyche Veneri tum probatur ?
Quid Venus iubet ?
Quid Psyche in montis iugo uidet ?
Quae avis opem suam tulit ? quid fecit ?
Num Psyche tum Veneris iram placare potuit ?
Quid Venus dixit ? quid iussit ?
Quo Psyche commeare cogeatur ?
Quis ei consilia dedit ? quae consilia ?
Dic quid in inferis Psyche uiderit feceritque.
Quid accidit, cum Psyche solis lucem iterum uidit ?

CUPIDO TANDEM !

p. 76

- l. 1 **obductus, a, um, de obducere, recouvrir, fermer.**
- 2 **reualescere, se relever, se rétablir.**
- 6 **refectus, a, um, de reficere, refaire, reconstituer.**
prouolare, s'élancer en avant en volant.
- 8 **detersus, a, um, de detergere, enlever en essuyant,**
faire disparaître.
- 10 **suscitare, éveiller, animer.**
- 13 **exsequi, exécuter jusqu'au bout.**

p. 77

- l. 2 **contio, onis, f., assemblée.**
- 3 **coetus, us, m., réunion.**
- 7 **pro, prép. (+ abl.), du haut de.**
procerus, a, um, haut, dominant les autres.
- 10 **alitus, a, um, de alere, nourrir, élever.**
- 15 **proles, is, f., race, lignée.**
- 18 **impar, aris, inégal (une mésalliance).**
- 19 **congruere (+ dat.), être en accord avec.**
- n. 2 **facete, adv., d'une manière plaisante.**

p. 78

- l. 1 **arripere, saisir vivement, enlever.**
- 8 **accumbere (+ acc.), prendre place sur un lit de table.**
- 17 **personare (+ acc.), faire retentir (des chants mélodieux).**
- 20 **canere, tr., chanter.**
inflare, tr., souffler dans.

- 21 **fistula, ae, f ., flûte.**
22 **conuenire in manum, se marier, venir sous la puissance du mari.**

RESPONSUM DA .

Quid Cupido facit ?

Cui deo supplicat ?

Quid Iuppiter iubet ?

Depinge cenam nuptialem.